




*00300*  
IV.  
*Philosophie.* *00000*

Nº 10441 \*











JOHANNIS WEJSSEN,  
ISENNACO-THURINGI,  
PHIL. PROF. ORDINARII GIENSENSIS,  
ET FAC. PHIL. SENIORIS,

COMPENDIUM  
E THICÆ  
MINUS  
E MAJORI  
EXTRACTUM.



GIESSÆ,  
TYPIS B. JOHANNIS LUDOVICE  
VIETORIS,  
ANNO M DC LXXVIII.



Nobiliſimis, Eximiis, Pietate, Morum integritate & Doctrina Politiffimis

DOMINES JUVENIBUS ET STUDIOSIS.  
DN. CHRISTIANO Hammeln / Livono.  
DN. ANDREÆ Rauchmauln / Giela-Haffo.  
DN. GEORGIO WILHELMO Dorn / Giessensi.  
DN. JOHANNI MATTHÆO München / Mo-  
no-Francofurtano.  
DN. JOHANNI LEPORINO / Braubaco Rhe-  
nano.  
DN. LUDOVICO CHRISTIANO Grebenern /  
Giessensi.  
DN. JOHANNI FRIDERICO Wintern / Wor-  
matiensi.  
DN. PHILIPPO ANDREÆ Gießwein / Giessensi.  
DN. JOHANNI WILHELMO Klingen / Giess.  
DN. FRANCISCO CASIMIRO Heuchlingen /  
Sontheimio-Limpurgico.  
DN. JUSTO SINOLD, cognomento Schükken /  
Illustris quondam Cancellarii Nostri Nepoti.  
DN. GEORGIO PHILIPPO Gersten / Erda-  
Haffo.

Amicis atque Fautoribus suis sincè amandis, &  
pl. colendis, eo ordine, quo hactenus cum  
lante disputarunt ita collo-  
catis,



S.Pi

**N**on facile aliquem repertū īri,  
mihi persuadeo , Nobiliss. Vir-  
tute & Eruditionis laude Pra-  
stantissimi Iuvenes , bonarum  
literarū verè Studiosi , qui non  
advertisat, studiū PHILOSO-  
PHIÆ THEORETICÆ , licet admodum  
nobile & omni encomio majus sit , ita tamen  
comparatum esse , ut , si THEOLOGIAM ,  
quæ omnibus numeris absoluta , utrobique  
sibi sufficit , exceperis , absque PRACTICÆ  
PHILOSOPHIÆ culturâ , & indefesso  
Moralium Virtutum exercitio (cujus prora  
& puppis à Magno Fautore nostro Dn. Ahaf-  
vero Fritschio im Bedeuken / wie die Præce-  
ptores die Jugend zur wahren Pietät anfüh-  
ren könnten / PIETAS , juxta Pauli monitum  
I. Tim IV. 8. habetur) decus atque dignita-  
tem suam sufficienter tueri minimè possit :  
Hæc enim Philosophiæ pars mores efformat ,  
virtutes inducit , vitiaque expellit . Hæc nos ,  
quid in omni vitæ genere ; quid domesticis  
in rebus , quid publicis ; quid nobiscum ,  
quid denique cum aliis decenter sit agendum ,  
edocet . Causam hujus egregiè agit Cicero ,  
quando s. Tusc. q. in hæc erumpit verba : O  
vitæ Philosophia dux , o virtutis indagatrix ,  
expultrixque vitiorum . Quid non modo nos ,  
sed omnino vita hominum sine te esse potuisse ?  
Et paulò post : Tu , ait , magistra morum &  
disciplina fuisti . Ad te confugimus , à te opem  
petimus . Tibi nos , ut antea magnâ ex parte ,



sic nunc penitus rotosque tradimus : Est enim  
anus dies bene & praeceptis tuis actus peccanti  
immortalitati anteponendus. Huic adstipula-  
tur Neronis quondam Praeceptor Seneca ,  
quando de Practicæ Philosophiæ studio ita  
graphicè differit : Non est Philosophia popula-  
re artificium , nec ostentationi paratum ; non  
in verbis , sed in rebus est . Nec in hoc adhibe-  
tur , ut aliquâ oblectatione consumatur dies , ut  
dematur otio nausea . Animum format & fa-  
bricat , vitam disponit , actiones regit , agenda  
& omittenda demonstrat . Ab his non solum  
non dissentit magnus ille Gentium Doctor  
Paulus , sed tantò præclarius Virtutum Mora-  
lium studium inducat , quantò firmius sug-  
gerit fundamentum , Charitatem puto veram  
illam & sinceram , à quâ ceu spiritu animali  
sensus fidei , vitaque spiritualis cum suis fru-  
ctibus dependet , ut B. Meisn. in orat. sol. de  
Christian loquitur . Hinc non dubitat Apo-  
stolus dimanantem illam ex verâ fide haud  
fucatam charitatem omni linguarum etiam  
accuratissimæ peritiæ , ( quâ & ipsi à DEI  
facie abjecti Spiritus maligni possent , ) &  
subtilissimæ rerum præstantissimarum cogni-  
tioni ( quâ similiter Spiritus tenebratum , vit-  
tutisque jurati hostes gaudent , ) longè præfer-  
re , prout I. Corinath. XIII. 1. sqq. videre est .  
Facere non possum , quin ipsa Ejus veiba no-  
tatu dignissima , unâ cum CL. Theologorum  
notis , subjungam : Si linguis , inquit , homi-  
num

num ( quotquot sc. sunt , quibus homines in  
orbe utuntur . D. Calixt. Comm. in h.l. ) lo-  
quar . & Angelorum , ( h.e. eruditissimis & su-  
vissimis , quales essent Angelorum , si linguis  
uterentur . B. Glass. Exeg. auct in Dom. Quin-  
quag. in h.l. ) charitatem autem non habeam ,  
( h.e. ex charitate ad commodum & ædifica-  
tionem proximi eas non referam ) factus sum  
as resonans , aut cymbalum tinniens , ( welche  
zwar mit ihrem Thon die Ohren füllt / aber  
sonsten wenig nutzt . Gothisch . Hauff . Post.  
in h.l. ) Et si habeam prophetiam ( h.e. vel do-  
num prædicandi futura , vel eminentem fa-  
cultatem explicandi Sacras Literas . Calixt.  
in h.l. ) & noverim mysteria omnia , omnemq;  
scientiam , ( quantacunque sc. cadit in perfe-  
ctissimos quosque . Calixt. ) Et si habeam o-  
mnem fidem , ( per quam sc. eduntur miracu-  
la ) adeò , ut montes loco dimoveam , charita-  
tem autem non habeam , nihil sum : ( Denn  
unmöglich ist / daß ein gut Werck oder Gabe  
ohne Liebe seyn kan . B. Lückeman . Apost.  
Auffmunterung in h.l. ) Et si insumam in al-  
moniam egenorum omnes facultates meas , ( h.e.  
ethi ea quoque opera faciam , quæ facere so-  
lent , qui charitate prædicti sunt , & quidem  
ita faciam , ut externâ operis specie longè illos  
superem . Calixt. ) Et si tradam corpus meum ,  
ut comburar , ( Ut cunque externâ specie divi-  
num humanumque bonum & commodum  
consestari videar , intus tamen & in corde nil



nisi privatum compendium & honorem spe-  
culor. B Arnd. de vero Christian. l. i. c. 31. de  
Philaut.) charitatem autem non habeam, nihil  
utilitatis capio (i.e. Ein solcher wird deswe-  
gen keinen Lohn bey GOTTE bekommen;  
Hater seinen Ruhm in der Welt gesuchet /  
so hat er seine Lohn dahin. Lütkem. l. c.)

Ne quis vero candidam Divi Apostoli  
mentem, quâ Philosophiam Moralē omnibus  
egregiè commendat, in dubium vocare  
possit, ecce! Charitatem (quâ omnes verē  
fideles & Christianos esse ornatos debere con-  
stat) à peculiaribus virtutibus, tanquam  
genuinis illius proprietatibus seu fructibus  
describere, sicque nobis commendatorem  
reddere voluit. Et quidem positivē cam lau-  
dat (N) à MANSUETUDINE: Charitas,  
dicens, longanimitas est, (h.e. mansueta, tarda  
ad iram, non citò ad offendam quamcunque  
comproverse, & irascitur. Glaff in h. l.) (2)  
Ab HUMANITATE seu COMITATE:  
Benigna est, (h.e. in conversatione affabilis,  
mitis & familiaris, & usibus omnium obvia  
est. B Baldwin. comm. in h. l.) Negative:  
qt. S. Paulus à charitate removet (a) INVIA-  
DIAM: Charitas nemini (suas dotes, Calixt.)  
invidet. (h.e. non dolet in proximi fortunā,  
Bald. sed perinde ipsius, ac suipius commo-  
da querit, & promovet Glaff.) (β) LEVITA-  
TEM, VANITATEM & PROTER-  
VIAM in dictis & factis: Charitas non per-  
peram

peram agit (h.e. Non petulanter & protervæ proximum deridendum aliis dat, vel per lusum sycophanticum damno afficit; contra animum in fronte situm habet, & ingenuè, candideque omnia facit. Arnd. I. c.c.30. de fruct. Charit. Cui prorsus simile est illud Glassi : Non clanculum insidiatur proximo , ejus famæ & existimationi retia struens , vel alios importuniūs cum ipso agens. Malam vafritiem ignorat , & aperti pectoris ac frontis est erga quoscumque. l.c.) (γ) AMBITIÖNEM & SUPERBIAM : Non inflatur, ( h. e. non jactabunda est , non fastuosè se aliis, præsertim dignioribus, & bene meritis, sive per violentiam , vel per fraudulentiam præponit , cosque cum jacturâ famæ & existimationis cotundem ex superbiâ contemnit. Glass.) (δ) MOROSITATEM : Non in decorè agit , ( Non asperis & inhumanis moribus. Sie kellest sich nicht ungebettig / Luth. Wie die zornigen / störrigen / ungedultigen Köpfe thun. Luth. in marg. Non est vultuosa, non contrahit frontem, non torvè inspicit, non vel in privatis , sive publicis congettibus ore minatur , sed est liberalis facie, benignis oculis. Id. Megalander in coīn. Gea. IV. 6 & (ε) AVARITIAM : Non quarit, qua sua sunt , ( mit anderer Leute Schaden / Bibl. Ernest. in h. I. Qui enim alium sincere diligit, non defraudat eum , nec opes ejus, si- ve per directum , sive per indirectum immi-



nuit, sed augere potius studet. *Dn. Calovius*,  
Præceptor tom. 2. Ann. Bibl N. T. illustr in  
h. I Nihilque habet gratius aut jucundius ,  
quam gratis & circa privatum emolumen tum  
aliis servire , & quam potest plurimis sui co-  
piam facere. *Arnd. l. c. c. 3 o.* ) (ξ) PRONI-  
TATEM AD IRAM : Non irritatur, ( Sie  
lässt sich nicht geschwind zu grossem Griff  
bewegen *Bibl. Ern* l. c. Non excandescit, nec  
quod solent facere homines non. homipes,  
āram conceptā per diras & convitia exonerat.  
*Arnd. l. c.* Quem enim sine fuso diligimus, ei  
multa, quæ in hoste vindicantur, condona-  
mus. *Bald l. c.* ) (η) SUSPICIONEM : Non  
 cogitat malum, ( h. e. non sinistre de aliis suspi-  
catur, sed eorum dicta factaque , quoad ejus  
heri potest, in bonam partem interpretatur.  
*Calixt.* ) ( θ ) EPIXAIPEKAKIAN & INJU-  
STITIAM : Non gaudet de injustiâ ( sive  
de injuriis & oppressione justorum. Sie  
lachet nicht in die Faust / wenn den From-  
men Gewalt und Unrecht geschicht / wie  
Gottes thât/ da David für Absolom flohe/  
II. Sam. XVI. 7. *Bibl. Ern.* in l. Paul. Nec ap-  
plaudit male agentibus, *Calov.* l. c. sed dum  
injustitiam rerum potiri cernit , acerbè trista-  
etur *Glaß.* ) Demum Apostolas Gentium cha-  
ritatem commendat (ι) à VERACITATE :  
Sed congaudet veritati ( si scil. omnia bona fi-  
de, justè & rectè siant. *Calixt. l. c.* Adeoque  
dum veritati locum dari, eamque exerceri  
conspicit, sincerè congaudet, *Glaß. l. c.*

Et



Et sic sese habet Charitas illa omni virtutum genere condecorata , quæ quid mirum ? si bonos quo visin sui amorem & admirationem ( ceu olim de Virtute , si oculis conspicere posset, judicavit Cicero ) rapiat. Ecquid vero contra Theoria , non nisi pravis imbuta moribus , efficit ? Ut paucis dicam : Nequitiæ aculeum , & malitiæ arma ministrat. Ostendit hoc eleganter B Heiderus Syst. Phil. Mor. inv. publ. ad Studiosos , cujus verba , cùm ad præsens institutum prorsus faciant , exscribere non gravabor. Sic autem ille : *Da mihi sine virtute HOMINEM INGENIOSUM & ERUDITUM : certè animal erit αὐτιστάτος , ἀγνώτατος , χείρος , ist loquitur Arist. I. Pol. c. 2 & in eos omnes , qui leviter offenderint , vulpinā calliditate impetum faciet , & saevitiā lupinā grassabitur.* Da ROBUSTUM & ANIMOSUM : obvios quosque ruet , aget , rapiet , tundet , prosternet , &c. Da BENE VALENTEM & PULCHELLUM : *is in diem liberrimè vivet , cuius culam suam curabit , & fidem faciet illis Ovidii Poëte versiculis:*

Fastus inest pulchris , sequitur superbia formam. Da DIVITEM & OPULENTUM : non is εὐεγέρτης futurus est , sed ὑπεριστὸς immanissimus . & omnia pecuniis esse venalia , & expiatu facilima putabit. Da HONORATUM , & AUCTORITATE FORTUITA CONSPICUUM : accipiter erit mino-



re inter aviculas , lucius inter pisces , leo inter  
quadrupedes , & eos omnes , quos suum lingere  
spatum , & deliria adorare non velle jenserit .  
vel occultis calumnis lethaliter instar serpers-  
tis Libyci punget , vel aperiis injuriis everget ,  
& proceritos opprimet Da mihi quendam AL-  
BÆ GALLINÆ FILIUM , qui perpetuo fe-  
licitatis tenore vitam agat suam : Is dulcè fortu-  
nâ ebrius vix temperare sibi poterit , quin cum  
Niobe exclamat : Sum felix , ( quis enim negat  
hoc ? ) felixq; manebo . Hoc quoque quis dubi-  
bat ? tutam me copia fecit . Major sum , quām  
cui possit fortuna nocere . Ovid . 6 . Metam . At-  
que de his denuò rectè laudatus Philosophus  
concludit : Eos , inquiens , omnes , qui pietati-  
s & virtutis exortes sunt , etiam si ingenio  
Aristotelem , scientiâ Heraclitum , Milonem re-  
bore , Celtas audaciâ , Nestorem etate , Phaô-  
nem pulchritudine , Midam divitias , Sejanum  
honoribus , Polycratem continuâ felicitate  
superent , tamen homines esse miserrimos , &  
similimos porcorum , qui in haris jam jam la-  
niorum culeros suis excepturi jugulis saginan-  
tur . Haecenus ille , & quidem tam verè ,  
quām verissimè dictum à aou-nemine : DO-  
CTO NEBULONE NIHIL ESSE  
SCELERATIUS .

Atque hisce proprietatibus ceu peculia-  
ribus ornamentis Divus ille Apostolus , & e-  
go cum illo Cardinalem hanc virtutem , vi-  
tam sc. & infucatam Charitatem juxta legem  
divinam ,

divinam, ut fieri debet, paulò superius depingere, remque ita, ut Philosophum verè Christianum decet, deducere propterea potissimum volui, quod nulla Philosophiae pars sit, quæ Morali, sive autoritatis pondus, sive utilitatis libertate respiciamus, palmā facere dubiam, ne dicā, præripere valeat. Quā mē tamen candidā assertionē tantum abest, ut vel minimum Philosophiae Theoreticæ derogatum velim, sed potius huic quoque magna sua esse tum autoritatis, tum utilitatis documenta, etiam si hæc ipsa Practicæ præferenda esse, negem. Tum verò ubi suavi conjugio alteria alteram velut amplectitur, & Scientiæ decus morali bonitate coronatur, tum demum, inquam, hominem, qui hisce instrutus dotibus fuerit, omnem mereri laudem, mecum omnes rem recte putantes fatebuntur.

Quod restat, cùm Vos, Nobilissimi, Virtutum & Eruditionis præstantiā Florentissimis Juvenes & Studiosi, partim à Parentibus vestris Nobilissimis, partim à Patronis vestris Magnis, Fautoribus meis colendissimis fidei & informationi meæ concrediti fueritis, ego tanquam Ethicus Christianus ab officio meo professorio minimè alienum esse putavi, virtutem, ut rem præclaram, & genuinam charitatis Christianæ sobolem, unā cum pietate in cera (sine quā omnis virtus languet, contabescit, emoritur) juxta salutare cuiusdam



Professoris Theologiae monitum à D. Spenero  
in Sendschreiben p. 41. sq. citatum ) vobis,  
in quantum id ratio officio permisit, inculca-  
re, vobiscum de virtutibus disputare, quas sa-  
nè disputationes adeò non negligendas esse  
sentio, ut vix aliam subesse causam putem ,  
quòd paucissimi virtute prædicti inveniantur,  
misi nimum earusdem neglectum, à quo be-  
ne multi in transversum rapti nihil minus ,  
quam in Morali Philosophia proficere labo-  
rant, ) & præceptis moralibus eâ, quâ potui,  
alacritate ad virtutis cultum , & vitii fugam  
vos exhortare, adeoq; non tam doctores, quam  
meliores reddere; omnia quidem hunc præci-  
pue in finem, ne querela à non pauoris hauste-  
nus repetita, de vobis quoque, Academiæ hu-  
jus LUDOVICIANÆ membris, jure meri-  
tòque moveri possit , gleichsam als waren  
die Academien Werckstätte des Welt-Gei-  
stes / ja Ehrgeiz, Gaußbälge, Zanc, add.  
Lästereru, Lügen, tumultuireu und Huren-  
Teuffels. Vid. D. Spenerius, Fautor noster in  
piis desid. p. 127. In primis R. Meyfarz. in der  
Chriftilchen Errinnerung von denen auf hoh-  
hen Schulen entwichenen erbaren Sitten  
sc. Similiter Anonym. tract. Wollüstige und  
verstandlose Jugend eines reinigen Studen-  
ten. Vos equidem meliorē atq; laudabiliorem  
ingressiviam, non literis solum eâ, quâ decet,  
industriâ invigilastis , sed & vitæ probitati,  
morumq; integritati studiastis, & ad nutrum

Dan,

Dn. Parentum, & votum Patronorum ve-  
strorum Optimorum virtutū scholas sedulō  
frequentare non recusāstis, & proptereā me-  
cum hactenus nos de dubitatione Cartesia-  
nā, vel de moralitate Hobbesianā, in multā  
avia, & præcipitia incautos legentium admi-  
ratōrum animos seducentibus ; sed de vir-  
tute amplissimā & augustissimā discursus se-  
cundūm Compendii hujus Ethicæ minoris du-  
ctum instituere voluistis, quod proinde præ-  
fixa Nominum Vestrorum adscriptione Vobis  
dedicare animum induxi meum, per amantes  
rogitans, ea mente, qua ipse Vobis offero, char-  
taceum hoc manusculū accipere, vultuq; se-  
reno intueri, pro vestra solita humanitate, &  
singulari in Præceptores cultur, dignemini.  
Qua spe nō vana lactatus, supplicib DEUM  
T.O.M. precibus veneror, ut is enrriculū stu-  
diorum vestrorum Academicorum benigni-  
tate sua undequaq; prosperet, & ad Noniūnis  
fui gloriam, ad decus Patriæ vestræ, Familiæ  
splendorem, Dn. Parentum & Patronorum  
gaudium, & perpetuam Vestram felicitatem  
succrescere jubeat. Dab. Giellæ Hassorum, d:  
XVIII. Martii, { quo ante annos XXVI. hanc  
r.t. florentissimā ingressus sum Academiam }  
Anno Salvatoris nostri M DC LXXVIII.

VV. Nobil. & Exim. Praef.  
Studioſſimus

Johannes Weiß, Pr.

Acclamations Fautorum & Ami-  
corum in primam  
**COMPENDII ETHICÆ**  
*Editionem.*

**V**irtutum sic pande vias, scriptisq; per orbem  
Surgentis fama porrige fortis iter.  
Nil inimicus erit, nil contraria suggeret hostie  
Fundere qua Momi lingua superba soleat,  
Hesorum decuses, Gissensis gloria Phœbe  
Inclyta, sidereo lata supercilieo.  
Belgarum populis, & multa cognite genti  
**WEISSI.** plus ultrò nosceris arte tuā.  
Fatidico quicquid de gurgite Phœbus anhelat,  
In laudes abit omne tuas, & jacta futura  
Laudatum terris nomen in astra ferent.  
acclamabam

**PHILIPP. LUDOV. HANNEKENIUS,**  
SS. Theol. D. ejusd. Prof. Ord. & h. c. Acad.  
Giell. Rector.

---

**F**inibus imperii pulso. Turcaq; Scythaque  
Aurea pax patriæ rediit, pax reddit a Muis.  
Marte furente rigent mores, ars vilior alga est,  
Pace vigente rigent mores, morūq; Magistri.  
Fallor? an, ô morum Doctor, Clarissime  
**WEISSI,**  
Ars tua Marte riget solers? namque extudit  
artem **Quid**

Quid suum civile bonū, proportio , virtus,  
Actie sit quotuplex, atque Ethica cuncta do-  
centem.

Præcipit hinc palmam multis tua dextera  
dextra

Scribeus, quæ graviter docuit facundia lin-  
guæ.

Candida verba viro mecum dic candide Le-  
ctor :

WEISSIUS ille cluet morum recti. Sacerdos !  
Excellentissimo Dn. Autori prosperitatem  
omnigenam appreccatur, qui in memoria  
amicitia in sancta illa VVittebergensium  
Schola contracta hæc scripsit

JUSTUS Söffing / SS. Theol. D. Eccles.  
Rudolstadt, Past. Superint. & Consist.  
Assell.

---

V I R O

Clarissimo & Excellentissimo,

DN. J O H A N N I W E I S S I O ,

Illuslr. Acad. Giessenæ Prof. Publ.

s.

Q uo vesceretur spiritu ætheris dulcis,  
Quo munere uteretur atque fortuna  
Meus ILL E quondam WEISSIUS, fide pura  
Mihi cognitus Cengetto Wittebergensis,  
Num commoda Uxor obtigisset, & mundus  
Viatus, benigaus Lar, crumena turgescens,  
Vitæque condimentum Amicus, & quicquid  
Nuttix alumno destinat suo votis:

Cupido .



Cupido nō sse incesserat meum pectus  
A plusculis annis salute donatum ,  
Quam fortē amiculi sibinde spargebant.  
Nunc ecce fama , proxeneta cauponans  
Rumuscotorum, tractæ in alteras curas  
Auri insuffrat : Immò vivit , & hætus  
Vitam exigit , turba premente doctorum  
Latus eruditum , & vivida Juventute  
Cathedram ambiente , voce WEISSII im-  
pletam :

Formatque , fingitque , expolit , recognoscit  
Mores ephebium , eereos Viri flecti  
Artifice dextra , & arduam viam monstrat ,  
Crotoniatæ quam figura signavit.  
Ego vitulanti exæstuans voluptate  
Uno Unus , inquam , fata temperat nostra  
Astro Jehova , utrique sic satis clemens.  
Fingamus ergo ad regulam boni & justi  
Moresque & artes , quando mutuis fatis  
Sic constitutum est , in vicemque nos prisce  
Studio colamus , & Hoc AGAMUS utrimq;  
STANTES OPORTET EMORI IM-  
PERATORES :  
FAS EST DOCENTES EMORI PRO-  
FESSORES.

JOHANNES CONRADVS DVRRIVS ,  
S. Theol. & Philos. Mor. in incl. Acad.  
Altdorff. Prof. Publ.

---

Acclamations in editionem secundam.  
**G**loria Cattorum , WEISSI , quæ Lanus ob-  
errat ,  
Et recolit Mousas doctus Apollo suus .

Quād

Quām mihi, quām vestras delato nuper in oras  
Amplexi & dextras jungere dulce fuit!  
Tū quoque sudantes ut sum miratus Athenat,  
illaqus formose forta castra Dea.  
Omnia ridebant, pia dum reverentia Patrum  
Civibus Aonium depropararet opus.  
Militis & concors vobis & amica voluntas  
Quām dulces aditus conciliare queat?  
Nec pia magnorum mihi nomina dicta virorū,  
Pindi ejus proprium præcipuumque, decus.  
Quem dum nunc doctis eupis illustrare libellis,  
(Qui tunc Ascras perfect in arte furor)  
Socratis colargos tollis de pectore fructus,  
Teque vetas simul & vestrum Heliconamori.

Fauorum amicorumque certissimo  
Imque fecit Wittenbergæ

JOH. ERICUS OSTERMANNUS,  
Sereniss. Electoris Saxoniae Consiliarius,  
Græc. Lit. Prof. P. Electoralium Alu-  
morum Ephorus, & Acad. Senior.

---

WEISSIUS, insignis Logicæ Sophiæque  
Magister,  
Civibus evulgar dogmata mille suis.  
Ethica nunc mittit nobis nestrisque legenda,  
Quæ docuit Gieslam, non sine laude, suā.  
Et memori est nostrâ quæ quondam accepit  
in urbe,  
Et quæ Leucoridos dextra benigna dedit.  
Omnia



Omnia sunt alta certe dignissima cedro;  
Cunctaq; doctorum calculus albus amat.  
Vive diu, WEISSI, nobis, & perge labores;  
Non erit ingenii fama sepulta tui.

*Ita suo p̄rveteri Amico gratulatur*

D. MICHAEL WENDELERUS, Fac.  
Theol. Assessot. Theol. Extraord. &  
Moralis Philos. Ordin. Profess.

A. Ω!

Ad virum Amplissimum & Excellentissimum,  
D N. M. JOHANNEM WEISSIUM,  
Academiae Giessensis Professorem Emi-  
nentissimum.

*Προσφάντης.*

M Ior & exulto, quoties laudaris, AMICE,  
Sic Te VVendlerus, sic ego, jure voco.  
Quina supergressus Sol aureus ætea Iusta,  
Cum Te non vidi Lumine, mente tamen  
Ad Calamum Tibi nam qui docta volumine  
dictar,

Est DEUS, ut faciens Terra remora colit.  
Hic, Ludovicus ubi Dux Illustrissimus oræ  
Hassiacæ, Musis oīia grata facit.

In Te laudo DEUM; simul Huic Tecum  
invoco, ut actus

Porro etiam Clemens & tua cœpta beer.  
Cum Thesin incipies nostram, finire libello,  
Unde fetes nobis commoda, lucra Tibi.  
Plaude Giesseni propter bona bina Lycéi  
Philosophum sedes, sacra cathedra Deum:  
Jam



Jam venit in mentem THEODORI, Nobilis  
Astri

Theologæ, Giessæ Sideris Eximii:  
ETHICUS Hic, tantum Vestros Caput extulit  
inter

Quantum Philosophus paucus antetulit V  
Munera ab astrigera cœli regione nitebant.

Quis Orbis trifidus vix meliora dedit.  
FINCKIUS Hoc ut de THEODORO dix.  
erat Augut.

Q uotinam de Te sim quoque talis ego?  
Quanquam sermo D E I per se Sapiensque  
Potensque

Sufficit, externam nec roget Artis opem:  
Philosophia tamen si accesserit; artibus altis  
Accedit Sophiæ lucidioris apex.

Interallargos, WEISSI, fer utrinque talenti  
Tergemini fructus, EHICUS & LOGICUS:  
Sive METAPHYSICUS, tandemque Pro-  
pago THEANDRI,

Albus item Sapiens & Gradum utrumque  
tenens.

,, Tum deinum verè est Sapiens Albusq; The-  
ander

,, Cum nō est repidus, cùmq; secundat oves.  
Ita ολοψύχως ominabatur

M. JOH. HEIZELMANNUS, Uratislav:  
Past. Prim. & Superint. ad Prælaturam  
Solquellen Vicinarijunque Inspector,  
nec non Scholæ Ephorus, & SS. Theol.  
Lector in eadem Ordinar.

Quæ



**Q**uia mibi vota canis, devoto pectore, Clare  
WEISSI & chare mei parsima ac intima  
cordis,

Hæc eadē, iepeto votisq; hæc complico vota,  
De: DEUS, ut vivas, clarescas atque virescas,  
Et nomen laudesque tuas ad fidera tollat.  
Auribus instillans morum Præcepta Juventæ  
Intus ut eradas cuncta isti alimenta malorū.  
*Hæc tibi vota fero, devoto pectore, Clare*  
WEISSI & chare mibi parsima ac intima cor-  
dis.

Sic reciprocè suo in functione Philosophica  
Successori, Viro Excell. ac Clariss. Dn. M.  
WEISSIO, Moralium & Civilium In-  
elyta Acad. Ludoviciana Prof. celebratis-  
fimo, Ethicam feliciter edenti congratula-  
batur

M. JOH. Scheibler / CHRISTOPH. Fi-  
lius, Pastor Lennep. & Ecclesiastum Aug.  
Conf. invariatus in Duc. Juliac, ac infer-  
Mont. p.t. Inspector.

---

S C A Z O N.

**F**erro undiquaque vincitus arma Bellator  
Vibrat trucique classico rubarumque  
Clangore latus, fertur impetu vasto  
Animosum in hostem. Captat Ille Splendorē,  
Opes, Honores, Invidenda, quæ spondet  
Aulæ potentis Purpura. Hic Fori castra  
Perambulare cum Clientulis, plenis  
Spei Reisque saepi ranibus, gaudet,

Face;

Face; Luce prima Consulentibus reddit  
Responsa curisque obrutus catenatis  
Solidam quietem nescit. Impiger terras  
Longe remotas Nereique Mercator  
Vagus pererrat arva ( scilicet tanta est  
Luci cupido ) cumque merce non parca  
Domum reversus plaudit. Horreis fruges  
Stipat Colonus, cuique seu suum velle est,  
Suum cuique per placet genus vita.  
Est, qui Docentis Munus ambit & laudat,  
Sapitque, quisquis sic sapit, Juventutem  
Regere ex polita Lingua & Arte, quam tradidit  
Scholæ Magister Classicæ, Ducem sese  
Præbere celas Palladosque & Astrææ  
Tendenti & Arces gloriose res, pulcra,  
Divina, punctis omnium. Tui quondam  
Fuit, hæc opinor, summa WEISIDE, voti,  
Votoque inesse pondus Ille Regnator  
Jussit Regentum: namque Te, tuæ Spartæ  
Deos, Sophorum, Illustre quos Athenæum  
Giessense nutrit, prima Pars, beavere  
Pulcre merentem prona Sidera optata  
Felicitate, Te Corona Doctorum  
Juvenum, Cathedram quæ tuam frequens  
cingit,  
Stuper Docentem, &c aure captat arrecta,  
Quicquid rotundo ab ore manat oræcli,  
Animosque cedro Scripta digna florentis  
Pascunt Juventæ, certus auguror, nostri  
Nepos Nepotis Hæc leget, voluptatis  
Satur atque fructus, Jugiter Sophos inter-

Tua.



Tua Fama vivat, WEISIDE ! Tui, quæso,  
Vivas Amici haut immemor, memor vivam  
Tui favoris usque, dám sub hoc cœlo  
Superstes auras traxero. En Tibi Dextram !

In gratiam Celeberrimi Dni. Prof. VVEISII,  
in Incluta Acad. Giessensi ante octodecim  
annos Hospitis erga me satr̄ benigni, ho-  
die Fautoris atque Amici singulariter  
honorandi, lubens meritisque apponebam  
**PETRUS Müller / U. J. D.** Ejusdemque  
Profess. in Acad. Jenensi Publicus, ac  
Consiliarius Stolbergensis.

---

A D V I R U M  
Nobilitate, Amplitudine, Doctrinaq; Excellentia  
famigeratissimum  
**DN. JOHANNEM WEISSIUM**,  
Philos. Moral. & Civil. in Inclytâ Giessensiū  
Academiâ Professorem Publ. Celeber-  
timum,

MELET E M A T A E T H I C A  
Publici Juris facientem.  
**Q**uem Candor, Germana fides, & Gratia  
signat,  
Cum cœlo gaudet terra sovere Virum.  
Fautor Amice, Tibi quid spondeat æther &  
Orbis.

Dum rīmor, miror, qui studet astra stupet.  
Laudatas, Charites nomen testatur utrumq; que  
Augustumq; magis comprobat omen idē.  
Vita suo Candore nitet : Doctrina superbit,  
Ethica, perpetuo, quam nata Cressa manet.

Tc

Tecelerum speculum studioſa Corona ruetur:  
Quām pulcas facies dulcis imago dabit  
Interſit Muſis, & ad aſtra ſenecta vehatur  
Dives honore ſoli, plena favore Poli!

Sinceriffima & Candidiffima φιλαδελφίας  
zeſanda & ſuaviffima memoria Leuco-  
rearum Muſarum conservanda gratia  
fecit

M.DANIEL (B.F.)MEISNERUS, Ec-  
clesiae Schmidberg. p. i. Pastor ac Inſpe-  
ctor.

---

**L**AUDAMUS Medicos, medicamina ponde-  
re pauca  
Qui portigunt, virtute verò plurimā  
Egrotos relevate ſtudent: Sic nōſſe docere,  
Per pauciores Regulas, res plurimas,  
Quas didicisse juvat, labore omni dignusho-  
nore eſt.

Sapientibusq; conuenit doctoribus:  
Quos inter doctos, praeclerentiffime WEISSI.  
Numerare jure poſſumus Te maximo.  
Eſto mihi teſtis Sapientia prima locuples,  
Quam nuper edidisse Te percepiimus.  
Teſtis itemque probar locuples Prudentie  
porrò,

Quam ſuggerunt hac Ethices Compendia.  
GRATQR utrumque TIBI punctum, quod  
largiter auferas

Scieg-



Scientia THEORICÆ, cum PRACTI-  
CA.

in quædiæ uxori Fautori honoratissimo, &  
Amico constantissimo,  
M. ANDREAS REYHER, Gymn.  
Goth. Rector.

---

IN DOMINO NOSTRO CHRISTO  
VVEISSIVS FLOREAT.

Cujus Auspicio  
Hancce. Anagrammaticam ex  
N O M I N E  
VIRI

Amplissiminec non Excellentissimè  
In restauratâ Ludovicianâ,  
Quæ Gieslæ floret,  
Professoris publici celeberimi,

DNI.

Patroni estimatissimi,

&  
Fautoris sui magni,  
QUOD EST

I.

M. JOHANNES WEISSIUS P.

Et sonat

O HUMANUSES PIIS. VERUS.

HAC APPLICATIONE:

WEISSIADES genii meritò demirer abyssos,

Donaque divini pectoris alta tui

Sive STAGIRITÆ tractas loca, sive JE-  
HOVÆ;

He-

Humanus, elatus, verus es atque pius,  
Diceris, ô meritò studiosæ suada Juventæ;  
Dulce decus Gissæ, præsidiumque Piis,  
II.

M. JOHANNES WEISSIUS PROFES-  
SOR PUBLICUS.

Et sonat additâ aspiratione,  
**BONUS MICAS PHOSPHORUS :**  
FLUIS SENIS VIVERE.

H A C E V O L U T I O N E :

**V**IR bonus & clarus WEISSI es, dum tra-  
dis honestos

Mores atque simul dogmata dia DEI.  
Ut radiis Solem præcedit Phosphorus; inter  
Sic Doctos clarâ, ceu Jubar, arte micas,  
Undique mellifluis fers commoda multa lo-  
quelis;

Vivere es hinc dignus Nestoris æva Senis.

III.

M. JOHANNES WEISSIUS PROFES-  
SOR GIESSÆ PUBLICUS.

Et sonat t pro s mutuata.  
**PULSISTI, HONORES CAPIES SU-**  
PREMOS.

VIGE, SUBVENIAS.

H A C E X P L I C A T I O N E :

**H**Agenus egregiis, WEISSI celeberrime,  
scriptis

Fulsisti vigili sedulitate solo.

Munetis ecquid erit? capies Doctoris ho-  
nores

Supremos, celebris quostibi Gissa dabit.

\*\*

Vive



Vive vigeque diu; locupletans fætibus orbis  
Doctis; & Gistæ vive vigeque Salus.  
Denique subvenias studiis Nati, rogo, nostris;  
Gratus ero, donec vita superstes erit.

Honoris & obſervantia ergo  
facere &  
transmittere voluit d. 6. Decembris.  
Anno

ACADEMIA GIſla ſit lesV In tVâ tVteLa,

MATTHÆUS AVENARIUS,  
Ecclesiæ Steinbaco-Hallebergen-  
ſis sub fractu Smalcaldico Pa-  
stor.



Acclamations in tertiam  
editionem.

 Er temre Weiss sah' bey den  
Sions-Reisen  
Ein innerbrennend Liecht/  
der alte Weisen Schatz/  
Granaten-Farb und wann Earfun-  
cken sind  
Des Jaspis glanz/ dem nichts  
gleich sich sind /  
Bey

Bei welchen Dunkelheit der  
Nacht nicht findet Platz.  
Seht derer Leicht flamme auff in un-  
serm WEISSEN/  
Wer Tugend liebt zu Zepter Kron  
und Reich/  
Der sind in Ihm/ was schäzbar wird  
genennet.  
Ihr Weisbegierigen lernt hier  
was Edel ist/  
Der Tugend kan ein Pers nicht  
gehen gleich/  
Die grösste Lebens-läng bleibt stets ihr  
zu erkennen/  
Kom hier drumb her nun/ wer  
zur Ewigkeit gelüst.

Solches sehe zu unvergänglichem  
Ruhm wahrer Tugend-Lehr

Ludwig Christian Zack /  
Med. Lic. Prof. Public. Gif-  
fensis.

Lectio

**L**ECTIONE lecta placet, decies repetita placebit.  
Hoc & de scriptis scimus, AMICE! tuis:  
Ethica nunc rursum renovas præcepta: pla-  
cent hæc

Lecta Viris, decies, terdeciesque placent.  
O perdocta manus, nucleus comprehendere  
morum

Quæ valet ex multis, ut tua docta valet!  
Hæc habeo in votis: In Te sua dona coronet,  
Quod scimus SUMMUM, quod colimus-  
que BONUM!

Prænobilissimo atque Excellentissimo  
Domino opusculi hujus Autori,  
Domino Adfini ac Compatrio suo  
honorando, sinceram dicatissimi  
animi fidem, solenni hoc mentis ac  
manus indice, subarrhare voluit

**Ernst Müller/Ecclesiast,**  
**Giss.**



I.N.J.

ofsl

— ४२ ) i ( ४३ —



I. N. J.

P R O O E M I V M .

D E

# CONSTITUTIONE ETHICÆ.

By. CHRISTIANO Hammelsn.  
Livono.

**E**THICA est prudentia,  
actiones humanas in ge-  
nere per virtutes ita in-  
formans, ut homo sum-  
mum bonum morale consequatur:  
Huc facit illud Prov. XXVIII. 12. In ex-  
altatione justorum multa gloria. Quod  
B. Lutherus appositi reddit: Wenn die  
Gerechten überhand haben / so gehet  
sehr fein zu: Wenn aber Gottlose auff-  
kommen (Gloss. Bibl. Ernest. addit:  
In Regimentern die überhand haben;

A als-



2 De Constitutione

alsdann) wendet sichs unter den Leuten (i.e. Es werden / pergit laudata gloria, Land und Leut verwüstet / B. Weißh. VI. i. das Volk geht unter / Sprichw. XI. 14. also daß man nach frommen Leuten forschen wird / aber nicht finden / Ps XII. 29.)

Partes Ethicæ duæ sunt, quarum prior dicitur *Eudæmonologia*, posterior *Aretologia*.

**EUDÆMONOGIA** est, quæ agit de summo bono, tanquam ultimo hominis fine.

**ARETOLOGIA** est, quæ agit de virtutibus, veluti mediis ad summum bonum ducentibus.

*A X I O M A T A.*

*I. Ethica datur.*

Non tam *in ratione*, quasi totum esse suum unicè à rationis figmento haberet; quam *in re*, scuti finis & media ad finem ducentia testantur.

*II. E.*



*II. Ethica tota est practica.*

Valet non de *Ethicā* equivoce dictā, pro mero præceptorum moralium intellectu; sed de propriè acceptā, pro verâ prudentia, quæ præceptorum cognitionem ad fructuosam praxin, h. e. ad actiones virtuosas dirigit. *Arist. l. i.* *Eth. Nic. c. 3. & l. 2. c. 2.*

*III. Genus Ethicæ est prudentia.*

Verum est non de *Ethica* systematicè sumptā, ut est comprehensio præceptorum moralium; sed de habituāliter acceptā, ut est habitus mentis, per honestas actiones sese exerens. *6. Eth. Nic. c. 5.*

*IV. Objectum Ethices sunt actiones humanæ.*

Sermo nobis est (1.) non de *actionibus naturalibus, necessariis & supernaturalibus*, in quas homo nullum habet imperium; sed de *moralibus, liberis & deliberatis*, quarum homo est Dominus, & propter illas laudem vel vituperium meretur. (2.) Non de *actionibus ad certum ordinem determinatis;*

4 De Constitutione

natis; sed ab omni statu, publico vel privato præcisis, & ad honestum compositis.

V. Subjectum Ethices est homo.

Valet (1.) non de subjecto vel informationis, quod est animus hominis; vel perfectionis, quod est partim intellectus hominis practicus, quia virtute imbuitur; partim voluntas & appetitus, quia regibilis, ne immoderata appetat; vel directionis, quod est actus humanus ad bonum morale secundum rectam rationem dirigibilis; sed de subjecto vel operationis, circa quod Ethica versatur, ut finem suum introducat; vel denominationis, quod ab Ethicâ denominatur. (2.) Non de homine privato, & solitariè vivente; sed in communi, quatuor virtutibus imbuendus, & ad beatitudinem est deducendus.

VI. Finis Ethica est beatitudo.

Loquor (1.) non de fine accidentaliter & indirecto, qui varius esse potest; sed de essentiali & directo, qui in Ethicis per se intenditur. (2.) Non de fine interno, qui



qui est animi per virtutes informatio  
sed de externo, qui est felicitas seu bea-  
titudo. i Eth. Nic. c. 2. (3.) Non de  
beatitudine Theologicâ & spirituali, quæ  
alterius fori est ; sed de Philosophicâ  
& morali, quæ in genere actionum  
moralium ultimò appetitur.

*VII. Norma Ethicae est recta ratio.*

Procedit (1.) non de normâ media-  
tâ, quæ est vel remota, lex divina; vel  
propinqua, lex naturæ; sed de imme-  
diatâ & proximâ. (2.) Non de ra-  
tione rectâ speculativa, quæ ab intelli-  
gentiâ, scientiâ & sapientiâ dependet ;  
sed de practica. (3.) Neque de ratione  
effettivâ, quæ ab arte ; sed de activâ,  
quæ à prudentiâ oritur, quatenus in se  
primævæ bonitatis & lucis aliquid re-  
tinet.

*VIII. Ethica est disciplina anti-  
quissima.*

Non ratione praeceptorum & metho-  
dici systematis, quo modo Ethicam, qui  
tradiderit ante Platонem, extitisse ne-  
minem censem ; sed ratione usus &



## 8 De Constitutione

*exercitii virtutum*, sine quo humana  
societas nec iniri, nec diu conservari  
potest.

### IX. Ethica est disciplina perfecta.

Verum est non de perfectione abso-  
lutâ, quæ sacro codici propria; sed de  
determinatâ & in certo genere tali, quâ  
mediante hominem perfectè ducit  
ad finem sibi proportionatum.

### X. Ethica hominem facit opti- mum.

Non simpliciter, quasi hominem  
omnibus numeris bonum, & ab omni  
parte in actionibus moralibus perfe-  
ctum reddat; sed secundum quid, in  
quantum naturâ duce, in imbecillitate  
hac fieri potest,

### XI. Ethica non cadit in virum vitiosum.

Loquor non de Ethicâ abusivè &  
equivocè sumpta, pro nudâ notitiâ, quâ  
præceptorum Ethicorum peritus pollet;  
sed de propriè dictâ, pro cognitione ad  
actionem honestam determinatâ. I.  
Eth.



Eth. Nic. 3. quâ mediante vir bonus verba vertit in opera, & tale scientia expurgat conscientiam.

*XII. Ethica Philosophorum in Scholis Christianorum est retinenda.*

Non quoad illa, quæ ex idolomania gentili ortum trahunt ; sed quoad isthæc, quæ ex reætâ ratione & lege naturæ promanant, cuius ductu Philosopher de moribus civilibus adeò scripsit eruditè, nihil ut de his requirendum sit amplius, attestante *Apol. Aug. Conf. p. 62.*

*XIII. Ethica à SS. Theologis est distincta.*

Etsi non in omnibus quoad objecti materiale seu rem consideratam, quæ eadem esse potest in diversis disciplinis, quâ ratione de virtutibus haud minus Scriptura ac Ethica agit; attamen quoad formale seu modum considerandi proprium, ita ut Ethica rationes formales virtutum, earumque di-



8 *De Constitutione*

visiones tradat , quod nusquam in  
Theologia fieri videmus.

*XIV. Ethica Theologia non est  
contraria.*

Valet (1.) non de *Ethica concreti-*  
*vè sumptâ*, quæ datur in hoc vel isto  
Philosopho, qui sæpiùs principia Ethi-  
ca male vel intelligit, vel minus dextrè  
applicat ; sed *abstractivè spectatâ*,  
quat. præcepta ac monita è rectâ ratio-  
ne producta , & in lege naturæ funda-  
ta, includit. (2.) Non de ejus *abusu*,  
quo sensu Ethica vitiosè applicata re-  
ctè statuitur fons errorum Papistico-  
rum, aliorumque hæreticorum ; sed  
de vero & legitimo ejusdem usu. (3.)  
Non de contradictione apparente, quâ  
requisita bonæ oppositionis negligun-  
tur ; sed de verâ , quâ conditiones  
eiusdem probè observantur.

*XV. Ethica Theologo est neces-  
faria.*

Valet non de necessitate absolutâ sen-  
tientia , quasi Theologus sine co-  
gnitio-



gnitione Ethices rerum Theologica-  
rum notitiam assequi hauc posset ; sed  
de hypotheticâ & expedientie, dum facit  
ad distinctam virtutum & vitiorum in  
Decalogo contentorum explicatio-  
nem, quæ accuratiū utique pro con-  
cione tractari poterunt , si Ethices  
præcepta cognita probè fuerint.

*XVI. Ethica Iuris consulto est  
necessaria.*

Loquor & hīc non de necessitate ab-  
solutā , quasi J C̄tus absque præcepto-  
rum moralium cognitione simplicem  
Jurisprudentiæ notitiam minimè sibi  
comparare posset ; sed de necessitate  
conditionatā seu expedientia , quat. vi-  
del. Ethica pleniorē juris cognitio-  
nem , solidiorem vē legum interpreta-  
tionem suppeditat.

*XVII. Ethica omni homini est  
necessaria.*

Necessaria esse dicitur non ad salu-  
tem aeternam obtinendum ; sed ad be-  
nebeatigz in hac vitâ vivendum , quod

A s fieri



fieri nequit absque qualicunque etiam  
præceptorum moralium notitiâ, quæ  
vix habetur sine Ethicâ.

*XVIII. Adolescens est idoneus  
auditor Ethicæ.*

Sermo nobis est non de auditore  
primario, sufficienti & perfecto, qui,  
quæ docentur, assequi statim, &  
juxta ea actiones suas instituere va-  
let, (quem Aristoteles i. Eth. Nic. 1.  
*οἰκεῖον ἀκροατικὸν* appellat) quo de ser-  
mo est Philos. i. Eth. Nic. c. 3. & 4.  
& lib. 6. c. 8. sed de secundario, qui, etsi  
hæc omnia continuò moribus expri-  
mere nequir, ad perfectionem tamen  
aliquam per institutionis & disciplinæ  
gravitatem, & si pravus sit, ad morum  
emendationem adduci potest.

*XIX. In Ethicis non dantur de-  
monstrations.*

Valet non de demonstrationibus tan-  
tum analogicis. h.e.de veris, certis, fir-  
mis & solidis probationibus, quas ad-  
mixtimus; sed de exquisitis, accuratis  
& stri-



Et strictè dictis demonstrationibus ,  
quæ postulant res simpliciter necessaria-  
rias , immutabiles & æternas , Arist 6.  
Eth.Nic.3.& lib.1.post.c.4. quales in  
Ethicis non dantur.

*XX. Ethica ordine analytico est  
tradenda.*

Observandus g. est (1.) non *ordo  
syntheticus seu compositus* , quo à me-  
diis ad finem , à principiis ad principia-  
ta fit progressus , qui scientiis accom-  
modatus magis ; sed *analyticus & re-  
solutivus* , quo à notione finis fit pro-  
gressus ad media , per quæ finis in sub-  
jectum est introducendus , qui ordo  
disciplinis practicis proprius . (2.) Non  
*ordo naturæ & executionis* , juxta quem  
ipso facto felicitas introducitur ; sed  
*facilioris doctrina & intentionis nostra* ,  
secundùm quem habitus felicitatis  
doctrinaliter tradi-  
tur.



*PARS*





P A R S I.  
DE  
E U D A E M O N O -  
L O G I A ,  
C A P V T P R I M V M .  
DE  
D E S U M M I B O N I N A T U R A .

Ex. ANDREA Ranchmant /  
Gieffa-Hasso.

**F**inis Ethices est summum bonum,  
cujus hanc damus definitionem:  
Summum Bonum (seu FELICITAS  
MORALIS) est actio animæ rationa-  
lis secundum optimam virtutem mo-  
ralem in vita civiliter perfecta. L. I.  
Eth. Nic. c. 6. & l. i. Magn. Mor. c. 4. &  
l. 2. Eud. c. 1. Illustria in sacris exempla  
sunt ABRAHAM, ISAAC, JACOB,  
JOSEPHUS, JOSUA. In profanis,  
CON-

CONSTANTINUS M. CAROLUS M.  
aliisque, qui virtutibus maximè fuerunt  
conspicui. His meritisimo jure annume-  
rari potest Pientissimus quondam Comes  
ac Dominus, Dominus WOLFGAN-  
GUS CRATO, BURGGRAVIUS DE  
Kirchburg/ ac Dominus IN FARN-  
RODA &c. Dominus meus, dum in vivis  
erat, singulariter graciosus, qui sanè ra-  
rissimum omnium virtutum, quas sors  
humana pro statu hujus vita admittit,  
exitit decus ac exemplar.

Distinguitur S. Bonum in theore-  
ticum seu contemplativum, & pra-  
cticum seu activum. 10. Eth. Nic. c. 7.  
& 8.

THEORETICUM est actio animæ  
rationalis secundum optimam virtu-  
tem intellectualē.

PRACTICUM est actio animæ ra-  
tionalis secundum optimam virtutem  
moralem. De posteriori nostra potissi-  
mūm instituta est tractatio.

Oppositum Summi Boni est Sum-  
mum Malum. 1. Eth. Nic. 10.

SUM-



SUMMUM MALUM (seu INFELICITAS MORALIS,) est actio animæ rationalis secundum vitium morale pessimum in vitâ moraliter imperfectâ: Dari exempla summè vitiosorum, NERO, CALIGULA, HELIOGABALUS, aliquæ ejusd farinæ nebulones docent.

### A X I O M A T A.

I. Finis ultimus actionum nostrarum dicitur Summum Bonum. 1. Eth. Nic. 2.

Sermo nobis est (1.) non de fine planè summo & omnium universalissimo, qui est Deus, ut monet Arist. 10 Met. c. 10. l. 12. c. ult. ad cuius gloriam omnes vitae nostræ actiones ditigendæ I. Cor. X. 31. Sed de fine hominis Ethico, proprio, sibiique accommodato & ultimo in genere actionum moralium, qui est hujus vitae. Adeoque (2.) non de bono absolute summo & Theologico, quod est finis improportionatus, (sive intelligatur bonum hu-

jus

jus, sive futuræ vitæ) sed de *limitato*,  
*philosophico*, *hominique ut tali in scholâ*  
*naturæ proprio*, quod proportionatus  
est finis, nostrisque viribus parabile.  
(3.) Non de *bono contemplativo*, quod  
in rerum divinarum & præstantissima-  
rum speculatione terminatur; sed de  
*practicō & morali*, quod continuo vir-  
tutum moralium exercitio absolvitur.

*II. Homo in hâc vitâ ante obitum*  
*poteſt eſſe beatuſ.* 1. Eth. Nic. 10.

Valet non de beatitudine *extensivè*  
& ratione *excellentiæ* consideratâ,  
quâ perpetua bonorum & corporis &  
fortunæ abundantia requiritur, quâ de  
nemo & de præsentî, & de futuro si-  
mul certus eſſe potest; sed de *intensivè*  
& ratione *essentiæ spectatâ*, quâ quivis  
virtutis studiosus ac pro virili pulcher-  
rima quæque ac optima agens ab  
Arist. 1. Eth. Nic. II. beatuſ pronuncia-  
tur.

*III. Adversa fortuna beatuſ*  
*non potest reddere miseruſ.* 1. Eth.  
Nic. c. 10.

Proce-



Procedit (1.) non simpliciter de quovis peracerbo, insigne & prorsus innitato fortunæ casu, quo de necesse habemus fateri, istum posse hominem è statu felicitatis suę deturbare, omnemque virtutis actionem impedire ; sed de vulgari & usitato fortunæ ictu, eoque vita humana proprio, quem vir beatus quasi τετράγωνος h. e. quadratus, ut loquitur Arist. i. Eth. Nic. 10. animo facile superare, & nihilominus secundum virtutem vivere potest. (2.) Non de externo beatitudinis splendore & ornatu, qui adversis fortunæ casibus facile tollitur ; sed de internâ ejusdem constitutione & essentiâ, quæ haud facile mutatur. (3.) Neque de miseriâ apparente seu populari, quâ is, qui cegitate vel aliâ calamitate premitur, vulgo appellari solet miser ; sed de verâ & propriè dictâ, quâ is tantum miser est, qui sceleribus totus est deditus.

*IV. Summum Bonum morte hominis aboletur.*

Verum est (1.) non de S. Bono Theologico

gico & spirituali, quod respectu piorum in morte continuatur, & demum post hanc vitam ad perfectissimam sublimitatem (de quā I. Corinth. II. 9.) deducitur; sed de *Politico* & *moralis*, quod hujus vitæ bonum est. (2.) Non de honestâ famâ & encomio virtutis, quâ de verum illud: Virtus post funera vivit; sed de *S.B. essentia* & *virtuosarum actionum exercitio*, quod hominis morte tollitur.

*V.* Bonum est id, quod omnia appetunt. *I. Eth. Nic. c. 1.* & *lib. 8. c. 2.* & *l. 10. c. 2.*

Valet non de boni naturâ & essentiâ, quasi appetibilitas sit formalis ejusdem ratio; sed de propriâ affectione, quâ videlicet bonitas est causa & fundamentum appetibilitatis: bonum enim minimè ideo est bonum, quia à nobis appetitur; sed à nobis appetitur, quia bonum existimatur.

*VI.* Summum bonum non est possum in voluptate. *I. Eth. Nic. 5.*

Proce-



Procedit (1.) non de *Summo Bono* vel *causaliter*, *affectivè* & à *posteriori*, vel *objectivè* considerato, quomodo partim voluptatem animi ceu dulcissimam sui ipsius affectionem producir, 1. Eth. Nic. c. 8. & 1. 10. c. 4. partim voluptatem corporis velut objectum peculiaris virtutis agnoscit, 3. Eth. Nic. 11. sed formaliter & à priori spectato, cuius natura minimè in voluptate, cujuscunque sit indolis, consistit. (2.) Non de *voluptate animi concretivè* sumptā, qd. intimè conjuncta operationi virtuosæ, ad hanc tanquam ad finem ultimum ordinatur, atq; ex mente Philosophi 10. Eth. Nic. 2. propter se expetitur; sed de *pratise* consideratā, quæ ab operatione virtuosâ abstrahitur, eidemque revera contradistinguitur.

*VII. Summum Bonum non consistit in honore.* 1. Eth. Nic. c. 5.

Loquor nō de publico S.B. & vitæ inculpatæ testimonio, quo honestatis studiosus mactatur, cuius respectu honor

132079

præ-

præmium virtutis vocatur i. Eth. Nic. c. 9. & l. 4. c. 3. sed de ultimo actionum nostrarum fine , qui minus recte vel merus virtutis habitus , vel internus reverentiae affectus valde mutabilis , vel externum honoris signum ambulatorium habetur.

*VIII. Summum Bonum non collocatur in divitiis. i. Eth. Nic. c. 5. s. 8. Augustin. epist. 52.*

Sermo est non de accidentalibus S. B. mediis, quorum intuitu divitiae dicuntur felicitatis acquirendæ adminicula, acquisitæ ornamenta , liberalitatis & magnificentiae instrumenta ; sed de essentialibus requisitis , quibus natura S. Boni constituitur.

*IX. Summum bonum non est situm in ideæ Platonice contemplatione. i. Eth. Nic. 6.*

Intellectum hoc volumus non de bono contemplativo , quod in merâ speculatione, quæ saepius tam malis, quam bonis communis est, consistit ; sed de practi-



practico & morali, quod in perpetua  
virtutis actione situm est, &c. teste Sca-  
ligero exerc. 250. sect. 5. solis bonis ac  
sapientiae studiosis apparatur.

X. *Summum bonum non colloca-  
rum est in virtutis habitu. Lib. 1.  
Eth. c. 5. & 8. lib. 10. c. 6. & l. 1. Magn.  
Mor. c. 4.*

Verum est (1.) non de Sammi Boni  
radice & fundamento, quo notamus  
habitum, qui propter aliud, virtutis  
scil. exercitium, expetitur; sed de po-  
strema S. Boni perfectione. (2.) Non  
de habitu considerato *in sensu compo-  
sito*, qt. actio cum virtutis habitu con-  
jungitur; sed *in sensu diviso*, qt. ejusd.  
operatio ab habitu virtutis excludi-  
tur.

XI. *Summum Bonum consistit in  
virtutis actione. l. 1. Eth. Nic. c. 6. 7. 8.  
& l. 10. c. 6. l. 1. Magn. Mor. c. 3. & 4. &  
l. 3. Eud. c. 1.*

Vale

Valet (1.) non solūm de *actione externā & transenunte*, ad quam edendam, occasione opus est ; sed cum primis de *interna seu immanente*, quæ est perfecta bene operandi intentio, qualis nec facilē impediri nec mutari potest. (2.) Non de *actione imperfectā*, è dispositione ortā, quæ facilē amittitur ; sed de *perfectā*, prognata ex habitu, quem maximè virtutis actio, in quā S.B. consistere dicitur, includit.

XII. *Summum Bonum est actio animæ rationalis. 1. Eth. Nic. 7.*

Loquor (1.) non de *subjecto denominationis & totali*, quod homo est; sed de *subjecto informationis & partiali*, quo mediante homo informatur. (2.) Non solūm de *anima rationali per essentiam tali*; sed & quā tali per *participationem*, prout scil. rationem audit, ei-que obtemperat. (3.) Neque de *animā solutā, & à corpore separata*; sed *cum corpore adhuc conjunctā, q.t. corporeis*

poreis ad exercendas virtutes instru-  
mentis utitur.

XIII. *Summum bonum est opera-  
tio secundum virtutem.* I. Eth. Nic.  
c. 7. & 9.

Sumitur autem h. l. *virtus* non nu-  
mericè seu specificè, pro unâ aliquâ vir-  
tute; sed *indefinitè* & genericè, pro  
quâvis virtute, longo usu, crebrisque  
actibus comparatâ, ita ut nulli vir-  
tuti, in societatem hujus posse recipi,  
repugnet.

XIV. *Summum bonum ex perfe-  
ctissimâ denominatur virtute.* I. Eth.  
Nic. 7.

Virtus perfectissima nec hîc dici-  
tur ratione *essentia* & *in comparatio-*  
*ne* ad reliquas virtutes, quo sensu vir-  
tus una in se spectata alterâ habe-  
tur perfectior; sed ratione *graduum*,  
& *in ordine ad subjectum*, quo modo  
præstantior virtus hæc vocatur, quæ  
præ aliis eminet in homine, inque eo  
maxi-



maximè radices egit, secundūm illud  
Philosophi i. Eth. Nic. c. 6. Si plures  
sunt virtutes, secundūm optimam & per-  
fectissimam, (puta, secundūm quam  
optimè, quoad mensuram hujus vitæ  
operatus est homo,) censenda erit  
beatitudo.

XV. Summum Bonum est opera-  
tio virtutis in vitâ perfectâ. i. Eth.  
Nic. c. 7. & 10.

Puta non perfectionem tantum  
etatis, ut quis maturo & confirmato  
prædictus sit iudicio, unde S. B. pueris  
quoad actum denegamus, i. Magn.  
Mor. 4. sed & temporis, ut quis perpe-  
tuo & indefesso studio virtutem, quo-  
ties offertur bene agendi occasio, se-  
quatur.

XVI. Summum Bonum recipit  
magis & minus. i. Eth. Nic. 10.

Recipit non in se & ratione essentia,  
qua est indivisibilis 8. Metaph. c. 3.  
adeò ut ei nihil addi, adimiri possit;  
sed

sed ratione subjecti & actualis inheren-  
tiae, prout hominibus in haec vitâ con-  
stitutis inæquali gradu competit, unde  
ille, qui excellentiori virtute præditus,  
& plures edit actiones honestas, feli-  
cior est eo, qui virtute minùs ornatus,  
& pauciores edit actiones.

XVII. *Summum Bonum est (i.)*  
*telamotulor perfectissimum. i. Eth.*  
*Nic. 7.*

Inter requisita summi boni essentia-  
lia, non postremum est, quod dicatur  
perfectissimum. Dicitur autem tale  
non *absolutè*, quale in hâc vitâ, quæ  
post lapsum omnis generis miseriis  
scatet, κατ' ἐνχλω secundum votum  
tantum datur; (quorsum tendit illud  
Erasmi præfat. in enchir. militis Chri-  
stiani, qn. ait: *Quod summum est, id*  
*omnibus est destinandum, ut saltem aße-*  
*quamur mediocria.) sed in certo genere,*  
*ac pro statu civilis vita, in quâ perfe-*  
*ctius nihil est, quam serium & non in-*  
*terruptum virtutis veræ exercitium.*

XVIII. *Sum-*

XVIII. Summum Bonum est (2.)  
 Deo, divinum. I. Eth. Nic. c. 9. &  
 l. 12. Met. c. 7.

Divinum appellatur (1.) non ratione subjecti, quasi bonum hoc civile sit in Deo; sed partim ratione causa efficientis, quia Deum agnoscit causam primam, Jac. I. 17. partim ratione dignitatis, quia per hoc proxime ad Dei vitam accedimus, eique assimilamur (2.) Neque dicitur donum divinum, immediatum, qualia fuere dona Spiritus Sancti, Prophetis & Apostolis olim infusa; sed mediatum, conditionem videlicet laboris nostri annexam habens, quale a Deo hominibus negotiosis & virtuti addictis datur.

XIX. Summum Bonum est (3.)  
 οὐκον τῷ κτιτὸν ἀνθεώπῳ, humanā industria parabile. I. Eth. Nic. c. 2. & 7.

Loquor non de causā universalī & remotā, de qua ax. praecedenti; sed de particulari & proximā, qd. improbo studio & magno labore S. B. cōparatur.

*XX. Summum Bonum est (4.) idem, proprium. 1. Eth. Nic. 5. & 7.*

*Proprium dicitur non in quarto modo, quasi omnibus individuis humanis & semper competit; sed in primo modo secundum speciei latitudinem, quo respectu homini rectâ ratione prædicto convenit, qui solus aptus est, ut felicitate civili possit bearri.*

*XXI. Summum Bonum est (5.) minor, domesticum. 1. Eth. Nic. 3.*

*Domesticum dicitur, non quat. refertur ad naturam hominis specificam; sed ad hunc vel illum in individuo hominem, qui actu illud possidet, eoque pro luctu fruatur.*

*XXII. Summum Bonum est (7.) major, multe commune. 1. Eth. Nic. 9.*

*Dicitur *commune* (1.) non respectu species humanae, cui antea dicebatur proprium; sed ratione individualium humanorum, quibus tribuitur. (2.) Non respectu actus inexistendi, quo sensu*

sensu hominum vitio non ab omnibus possidetur; sed ratione aptitudinis, qd.  
à quovis virtutis studioso, quoad istum perfectionis gradum, quem humana imbecillitas admittit, comparatur.

*XXIII. Summum Bonum est (7.)*  
*autem, sibi sufficiens. I. Eth. Nic. 7.*  
*lib. 10. c. 6.*

Si non sufficientia externā, quā ratione excellentiae & splendoris aliis ut ministrantibus & organicis opus habet. I. Eth. Nic. 8. attamen internā, quat. ratione suae essentiæ & quidditatis adeò semetiplo est contentum, ut in genere bonorum agibilium & humatorum aliud extra se bonum, tanquam perficiens essentiam ejus, minimè quærat.

*XXIV. Summum Bonum est (8.)*  
*κοινωνίαν, sui communicativum. I. Eth.*  
*Nic. 5.*

Dicitur tale (1.) non tantum effectivē, quat. vir beatus juxta dictum naturæ, (quæ, dicente Senecā lib. un. de



vit. beatâ, c. 24. hominibus prodesse  
jubet,) virtuosis suis actionibus quam-  
plurimis inservire laborat , unde talis  
quoque dicitur esse παντάχος σωτήρ<sup>ς</sup> ο<sup>ς</sup>  
ubique salutaris ; sed & subjective, ita  
ut omnibus virtutis studiosis, qui sin-  
cero ejus capiuntur desiderio , pateat ;  
(2.) Non ratione actus possidendi, juxta  
quem in paucis invenitur ; sed ratione  
potentia & aptitudinis, quâ à multis ac-  
quiri potest. i.Eth. Nic.9.

**XXV.** Summum Bonum est (9.)  
di αὐτὸς ἀγαπητὸν, propter se expetibile.  
i. Eth. Nic. c.7.

Bonum morale est finis ultimus non  
solum negativè, quat. in serie actionum  
moralium non propter aliud, ut finem  
ulteriore appetitur ; sed & positivè,  
quat. omnia in eâdem actionum serie  
ad S. B. referuntur.

**XXVI.** Summum Bonum est (10.)  
timor, honorabile, i. Eth. Nic.12.

Dignissimum est non honore religio-  
so & divino, qui soli Deo debetur, Esa.

**XLII.8.**



**XLII. 8. Matth. IV. 10.** sed civilis & politico, quem felix propter virtutis actionem meretur.

**XXVII. Summum Bonum est (11.)**  
ηδιστ, delectabile. **1. Eth. Nic. c. 8.**

Valet (1.) non de bono inchoato, quod in nudâ dispositione, quæ est via ad S. Bonum obtainendum, consistit; sed de perfecto, quod in continuatione actionum positum est. (2.) Non vel de S. Boni parte essentiali, aut causâ formalis, qd. jucunditas ei esse daret; sed de accidente ejus inseparabili, qd. is deum de perfectâ virtutis actione certus esse potest, qui cum quâdam animi oblatione operatur.

**XXVIII. Summum Bonum est (12.)** θυσαφωγετο, difficulter mobile.  
**1. Eth. Nic. c. 5.**

Loquor & h̄c (1.) non de S. B. inchoato, quod contrariis ad vitia incitamentis facile rursus amitti potest; sed de perfecto variisque actionibus acquisito. (2.) Non de difficultate ab-

B 3      solu-

*Sed ut ē, qd. nullis prorsus fortunā telis sit expōlitum; sed de comparatā, qd. sc. in comparatione reliquorum bonorum difficulter ab adversā fortunā expugnatur.* (3.) *Non de externo ejus splendore & majori usū, qui facilē transit; sed de internā ejus perfectione, quāc aegrē ē subjecto, in quo firmam fidem fixit, expellitur.*

**XXIX.** *Summum Bonum est (13.) pñ R̄iauer, non violentum.* 1. Eth.  
Dicit. 3.

*Verum est non solum ratione vel acquisitionis, quia S. B. (non vi, sed) honestis actionibus comparatur: vel possessionis, siquidem (non fraude, sed) virtute retinetur; sed & ratione usurpationis, quia (non coacte, sed) liberē suaviterque exercetur.*

**XXX.** *Summum Bonum non est (14.) dormientis.* 1. Eth. Nsc. c. 8. &  
L. 10. c. 6. & 1. Magn. Mor. c. 6.

*Valet non de S. Boni actu primo ejusdemque habitu, qui dormienti quoque*



que inesse potest, quamvis eo ipso mo-  
mento non secundūm virtutem ope-  
retur, modo aliās, dum vigilat, actio-  
nes virtutis strenuē exerceat; sed *de  
attu secundo*, ejusdemque conceperū  
formali, quo respectu soli competit vigi-  
lanti, & secundūm virtutis habitum  
operantī.

*XXXI. Summum Bonum est  
(15.) ἐπιεγυλος, non otiosi. I. Eth.  
Nic. 3. & 8.*

Quiescere quidem aliquando vīt  
beatus videtur, ast non *ab attione Ethicā seu moralī*, quā etiam non agens se-  
cundūm virtutis regulam, agere dici-  
tur; sed *ab attione physica*, quā beatus  
certo tempore, vel ob defectum occa-  
sionis & instrumentorum, vel ob reso-  
cillationem virium, ut majori alacrita-  
te ad virtutis exercitium redeat, ab ex-  
terno opere cessat.

*XXXII. Summum Bonum non  
est (16.) calamitosi. I. Eth. Nic. c. 8.*

Valeat non de populari calamitate,

in corporis & fortunæ malis consistente, quâ utique vir beatus premi potest; sed de verâ & rectâ rationi consentaneâ, in habitu vitiositatis operoso positâ.

**XXXIII. Datur Summum Mala-  
lum Summo Bono oppositum.**

Sermo est non de malo transcen-  
dentali, bono transcendentali opposi-  
to, cuius existentiæ nullitatem pro-  
bant Metaphysici; neque de malo  
naturali, bono naturali opposito, cuius  
in rerum naturâ certitudinem evincit  
experientia; neque de malo *infortu-  
ni*, bono interdum fortunæ oposito,  
cuius veritatem hominum testantur  
querelæ; sed de malo *morali*, bono  
practicō oposito, quod est actio  
vitiosa per vitæ curriculum  
continuata.



**CAPVT**



## CAPVT II.

De

IMMEDIATIS SUMMI BONI  
EFFECTIBUS, E JUSDEMQUE  
BONIS CONCOMITAN-  
TIBUS

Ex. GEORGIO WILHELMO Dorn/  
Giessa-Hasso.

SUMMI Boni essentiam excipit do-  
ctrina de ejusdem accidentibus,  
qualia sunt vel immediati S. Boni  
effectus, vel bona ejus concomitan-  
tia.

IMMEDIATI S. Boni EFFECTUS  
sunt, qui proximè illud consequuntur,  
& inseparabiliter cum eo cohærent:  
Ut sunt bona conscientia, & voluptas  
animi honesta.

BONA S. Bonum CONCOMITAN-  
TIA sunt, quæ ita contingenter eicom-  
petunt,

petunt, ut ab eo rursus separari possint.  
Suntque vel interna, vel externa.

INTERNA sunt vel vita, ut libertas;  
vel corporis, ut sanitas, robur, pul-  
chritudo:

EXTERNA dividuntur in realia &  
personalia.

REALIA sunt vel dignitatis, ut ho-  
nor, gloria, laus, bona fama:

PERSONALIA dicuntur amicitia.

### AXIOMATA.

I. Bona conscientia & animi ve-  
lupras honesta s. Bono sunt necca-  
tia.

Necessaria dicuntur non constituti-  
vi, quasi ad ejus formalitatem requi-  
rantur; sed consecutivè, quod bonum  
constitutum immediate consequan-  
tiae.

II. Conscientia est omnium ho-  
minum.

Etiam si non semper quoad adum  
secundum, qui per discursum practi-  
cum



cum, facta nostra vel accusantem vel excusantem, se exercit. Conf. Paulus Rom. II. 15. I. Tita. IV. 2. Attamen quoad ~~aliquam~~ primum sex potentiam iudicandi, ita, ut in desperatis hominibus dormiat, ipsum judicium cesseret, nec operationes suas exerceat.

### III. Conscientia mille testis.

Quintil. I. 5.

Conscientia non requirit testes alienos, qui de veritate factorum nos certos reddant; sed *testis domesticus* est mens sibi conscientia vel recti, quo gaudet; vel mali, quo contristatur, juxta illud Lipsii centur. I. epist. 77. *Mihi, dicentis, sententia de me non nisi apud me fertur; nec quis sum, alium rogo;* interno isto iudice, si probus audire, quid addens aut demens meibi bi sermone?

### IV. Bona conscientia iuge est convivium. Prov. XV. 15.

Non intelligitur *bonitas conscientiae carnalis*, quae valde inconstans & fallax;



lax; sed moralis, quæ nititur virtuosis actionibus, quæ veram pariunt animi tranquillitatem, consistentem in fiducia favoris Domini, securitate pœnæ, animique in omni fortunâ moderatione atque præsentia. Senec. Epist. 23.

V. Conscientia famæ est præfenda.

Loquor non de bonâ conscientiâ & bonâ famâ *absolutè* acceptis, quo sensu neutra est negligenda, juxta illud Ambroſii epift. ad Constant. *Duo tibi sunt necessaria, conscientia, & fama: Conscientia propter teipſum, fama propter proximum;* sed *in comparatione,* si videlicet harum postponenda, dum minor famæ externæ habenda est ratio, quæ ſæpè fallax & mendax est, Syr. XIX. 15. major verò conscientiæ, cui innaturat vir probus, ſuumque faciat illud Plantæ in Moſt. aet. I. ſcen. 3. *Ego ſi bonam famam mihi servâſſo, ſat ero dives. Aſt ego, ſi bonam conscientiam servâſſo, aſt iſſimus.*

VI. Vo-



*Summi B. effectibus.* 37

*V I. Voluptas perficit S. B. 10.*

*Eth. Nic. 4.*

Valet (1.) non de *voluptate corporis & impurâ*, quam homines præpostorè agentes tanquā finem sibi præstituunt, teste *Petro Gassendo* oper. *Phil.* tom. 3. c. 4. sed de *voluptate animi & sincerâ*, ex virtutis actionibus profectâ (2.) Non de *perfectione*, quâ spectatur ut *finis ultimus*, in quo animus acquiescit; sed ut *affectio ultimi finis propria, & necessarium* quoddam consequens, quo ipsa viuitus tantò ardentiùs à nobis expeditur.

*VII. Ex voluptate nascitur infelicitas.*

Non ex *voluptate spirituali*, quam renati hauriunt ex verbo Dei, de quâ David *Psal. CXIX. 14.* neque ex *morali*, quæ consistit in bonitate conscientiæ ex virtutis exercitio subortâ; sed ex *carnali & turpi*, quæ posita est in continuis commissationibus, potationibus, scortationibus &c similibus illicitis



citis carnis actionibus, nascitur infelicitas & temporalis, quæ est hujus vite; &c, nisi quis seriam agat pœnitentiam, æterna, I. Cor. VI. 9. Gal. V. 3. 4. 5.

*VIII. Voluptas turpis est vicina tristitiae.*

Pravitas actionum, quæ nunquam verè est sine pravâ voluptate, dicitur operari tristitiam (1.) non efficienter, cùm malum tanquam ens privativum nullius rei possit esse causa efficiens; sed deficiente, quat. vid. eo ipso, quo miser male operando deficit, conscientiam lœdit. (2.) Neque semper immediate, quia defectus in hominibus extremè malis cum voluptate potest esse conjunctus; sed vel mediare, quando sc. actio mala ad tempus conscientie mortuæ bona apparet; vel immediate, ubi actio mala statim ab ex parte conscientiâ agnoscitur.

*IX. Bonæ naturæ & fortunæ sunt verè bona.*

*Loquiemur non de pravo horum bono-*



bonorum abuso, eoruendemque effectus  
fortuito & accidentario ; sed de legitimo  
uso nō & effectu proprio , secundum  
quem inserviunt virtuti , tanquam in-  
strumenta suo fini , vocanturque Dei  
dona , Gen. XXIV. 35. c. XXXIX. 5.  
Job. XLII. 12.

X. *Bona natura & fortunare requi-  
runtur ad S. B. i. Eth. Nic. c. 8. & 10.  
& l. 7. c. 13. & lib. 7. Polit. c. 1.*

Requiruntur non ad veram S. B.  
essentiam , quæ in solâ virtutis actione  
ex habitu profectâ consistit ; sed ad  
eius splendorem & eminentiam , respe-  
ctu cuius debent appeti tanquam or-  
gana & instrumenta virtutis actionem  
perficiens , i. Pol. c. 5.

XI. *Liberas est bonum inesti-  
mabile.*

Et quamvis felix nec in ipsâ capti-  
vitate amittat felicitatem ; amittit ta-  
men externum ejus splendorem & orna-  
mentum ; nec non occasioem alii in-  
serviendi , ut non ad cōexpeditè actio-  
nes



*De immediatis  
nes virtutis edere possit in omne obje-  
ctum.*

*XII. Sanitate nihil jucundius.  
Plat. l. 9. de Republ.*

Sermo nobis h. l. est non de sanitate mentis, per quam animus bene se habet; sed corporis, quæ est bona temperamenti constitutio, Prov. XVI. 24. multum faciens ad rectè ac laudabiliter agendum. [Quanquam sanitas corporis è pluris aestimanda, quo arctiori vinculo cum sanitate animi est conjuncta. Unde Petrus Gassendus l. c. c. 5. Constat, ait, illum statum, in quo animus sine perturbatione, corpus sine dolore est, nihil esse aliud, quam perfectam totius hominis sanitatem.]

*XIII. Gratiōr est pulchro ve-  
niens ē corpore virtus. Virgil. l. 5.  
Æneid.*

Accipiendum hoc est non de molli & effeminata pulchritudine, & nimis exquisita venustate, quæ infra virum; sed de laudabili, verâ, & virili dignitate,



rate, quæ potissimum in decorâ magnitudine & justâ omnium partium proportione consistit, quæ viro honesto & probo quoque convenit.

XIV. Per honorem Deo assimilamur. Plato l.s. de Leg.

Non intrinsecè, quo sensu per vitam virtuosam, ob quam honoramur, Deo assimilamur; sed extrinsecè per honorem quodammodo Deo similes redimur.

XV. Honor non defertur improbo.

Honor scil. non apparens & fucatus, qui consuetudini facti tribuitur; sed verus, qui virtuti jure suo debetur.

XVI. Gloria virtutis actionem debet sequi.

Procedit non de gloriâ vanâ & innâ, quâ glorioſi prudentibus derisi sunt, stultis admirationi, parasitis præda & escæ, sibi ipsis & gloriæ vanæ mancipia, judice Franc. Bacon. de Verulam. ferm. fid. 52. sed de verâ, quæ virtut-



*XVII. Lex propria foderet.*

Valet non in *extremo necessitatis casu*  
*ubi aliquod famæ periculum imminet,*  
*vel officii hactenus administrati con-*  
*tentus subest*, ibi calumniae aut ini-  
*quioris accusationis amoliendæ gra-*  
*tiâ proprium de seipso ferre testimo-*  
*nium quis potest, modò id parcè, mo-*  
*deratè & prudenter faciat; sed extra*  
*evidentem necessitatis casum laudet te*  
*alienus, & non ostium; extraneus, &*  
*non labia tua, monente Salomonem*  
*Prov. XXVII. 2.*

*XVIII. Bona fama est in nostrâ  
potestate.*

Est in nostrâ potestate non respectu  
*forma, quæ est honesta de bonis nostris*  
*actionibus aliorum existimatio; sed*  
*respectu materia, per quam intelligi-*  
*mus actiones honestas, à nobis profi-*  
*ciscentes, de quâ nobis est laboran-*  
*dum, defectus autem formæ æquo fe-*  
*rendum animo.*

*XIX.*

XIX. Vita & fama pari passu ambulant. L.9 ff. de manum. vind.

Valet non de apparente infamia qn. metuenda; sed de vera , quâ infamis pro civiliter mortuo habetur.

XX. Beatus divicias appetit.

Appetit non propter earum possessionem; sed legitimam usurpationem, adeoque propter virtutem simul & acquirendam & exercendam.

XXI. Beatus indiger amicis.

8. Eth. Nic. c. 6. & lib. 9. c. 9.

Beatus scil. non contemplativus, qui Platone censore nullis eget amicis; sed practicus opus habet amicis honestis ac viris probis , in quibus virtutes suas intueri , & erga quos eas exercere potest.



PARS





**P A R S I I.**  
DE  
**A R E T O L O G I A.**  
**S E C T I O I.**

DE  
**V I R T U T E I N G E N E R E.**  
**C A P V T P R I M U M.**  
**D E V I R T U T E M O R A L I.**

By. JOHANNE MATTHÆO Münchii  
*Mæno-Francofurtano.*

**M**Ediūm ad finem Ethicæ ordinatum Virtus est, cuius in genere hanc damus definitionem:

Virtus est habitus animi acquisitus, quo homo & bonus, & ad munus suum laudabiliter obeundum expeditus efficitur. 2. Eth. Nic. 5.

Estque vel moralis, vel intellectualis. Arist. l. i. Eth. Nic. c. 13. l. 2. c. 1. l. 6. c. 1. l. 2. EuDEM. 4. & 1. M. Mor. 5.

Virtu-

Virtute intellectuali ad calcem re-  
jectâ, moralem nunc considerabimus,  
quam ita definire placet:

VIRTUS MORALIS est habitus  
electivus, consistens in affectuum at-  
que actionum humanarum mediocri-  
tate, ratione rectâ definitâ. 2. Eth. Nic.  
c. 6. & l. 6. c. 5. & 13.

Et hæc est vel imperfecta, vel per-  
fecta, vel perfectissima.

IMPERFECTA virtus est dispositio  
ad virutem perfectam: Ut sunt Semi-  
virtutes, v.g. *Continentia & Tolerantia*,  
6. Eth. Nic. 2. De quibus infra.

PERFECTA virtus, quam modò ex  
Philosopho per habitum electivum  
&c. definivimus, pro ratione objecti  
est multiplex: Versatur enim vel circa  
hominis corpus, ut (1.) *Fortitudo*, &  
(2.) *Temperantia*: vel circa sumptus,  
ut (3.) *Liberalitas*, & (4.) *Magnificen-  
tia*: vel circa honores, ut (5.) *Magna-  
nimitas*, & (6.) *Modestia*: vel circa  
iram, ut (7.) *Mansuetudo*: vel circa  
conversationem, ut (8.) *Humanitas*,

(9.) *Ur-*

(9.) *Urbanitas*, & (10.) *Veracitas*:  
vel circa jus seu contractus, ut (11.)  
*Justitia*. 2. Eth. Nic. 7. De singulis in  
lqq.

**VIRTUS PERFECTISSIMA** est vir-  
tus in eminentia constituta, dicique  
consuevit *Virtus Heroica*, 6. Eth. Nic. 1.  
De quâ suo loco.

Oppositum virtutis est vitium, quod  
in genere ita potest definiti:

**VITIUM** est habitus animi acqui-  
fatus, quo homo & malus, & ad munus  
suum turpiter obeundum promptus  
redditur.

Et hoc est vel morale, vel intelle-  
ctuale. De priori hac vice, intellectua-  
le remittentes ad finem Ethicæ.

**VITIUM MORALE** est habitus  
electivus, consistens in affectuum at-  
que actionum recessu à mediocritate  
rectâ ratione definitâ.

Quemadmodum autem virtus suos  
admittit gradus, ita & ex opposito vi-  
tium tres habet gradus. In primo con-  
stituuntur *semivitia*: in secundo *ipsa*  
vitia:

*vitia: in tertio virtus heroicæ virinti opposita. De semivitiis, & vitiis Heroicæ virtuti oppositis circa finem Ethicæ agemus. De vitiis autem singulis virtutibus oppositis in singulâ virtutis tractatione.*

*Denique vitium est vel excedens, vel deficiens, l.2. Eth. Nic. c.6. & 7.l.1. M. Mor. c.9. & l.2. End. c.5.*

*EXCEDENS est, quo quis à mediocritate rectâ ratione definitâ adnimum tendit.*

*DEFICIENS est, quo quis à mediocritate virtutis ad parum inclinat.*

### A X I O M A T A.

*1. Virtutis studiosum esse, difficile est. 2. Eth. Nic. c. 9.*

*Non dicuntur actiones virtutum difficiles vel ob virtutis possessionem, cuius actio jucunda; vel ob ejus finem, quem intendit, qui est virtus hujus beatitudo, à quo (fine) accipit dulcedinem & suavitatem; sed ob illius acquisitionem,*  
*eujus*

cujuſ radix admodum amara. (Unde Erasm. Roterodamus enchir. Christ. de varietate affectuum ſcītē ait: *Ardnam initio eſſe virtutis viam, verū ubi ad cacumen ereperis, tutiſſimum ocium te manet.*)

*II. In medio conſiſtit virtus. 2.*  
*Eth. Nic. 6.*

Intelligitur h. l. *medium* non (1.) *participationis*, quod capax utriusque est extremitati; ſed *negationis*, quod nullius extremitati oppoſiti eſt particeps. Non (2.) *rei*, quod ad nos nullum habet reſpectum; ſed *perſone*, quod ad nos eſt relatum. Non (3.) *Arithmeti-  
cum*, quod ab utroque extremitatibus æquè diſtāt; ſed *Geometricum*, quod uni extremitatum eſt vicinius, alteri remotius. Atque adeò (4.) non *nudum* quod in ſolâ & merâ mediocritate coſiſtit; ſed *rectâ ratione definitum*, quod ḥęḡo m̄ḡ, i. e. rectitudinem ſeu confor- mitatem cum ratione includit, ita ut utrumque in virtute ſit, mediocritas, & rectitudo. [Spectatur enim in vir-  
tute

tute similitudo rerum pro ratione loci, temporis, personarum & varietate aliarum circumstantiarum, quas recta ratio monstrat, sine quâ alias difficile est, medium consequi. *Thom. samm. Th. I. 2. qu. 64. art. 1. & 2.*

*III. Virtus est extremitas. 2. Eth. Nic. 6.*

Non respectu *essentiae* & *quidditatis*, juxta quam virtus (uti dictum) est medium inter excessum, quem tollit, & defectum, quem corrigit; sed ratione *præstantiae* & *perfectionis*, quâ in rebus humanis supremum meretur locum.

*IV. Virtus est uniformis.*

*Uniformis* dicitur non respectu *circumstantiarum* & *objectorum*, quæ variant; sed respectu *definitionis* & *ratiōnis formalis*, quat. à rectâ ratione proficiuntur, & ad mediocritatem affectus redigunt.

*V. Virtus est efficax & actuosa.*  
*Cic. l. i. Off.*

Verum est de Virtute repræsentata

C

non



non in habitu seu actu primo, qui potest esse in homine ocioso. 1. Eth. Nic. 8. sed in operatione seu actu secundo. [Hoc sensu Antisthenes virtutem esse rem operum, dicebat. Et Pantholidas Legatus, cum in Atheniensium Gymnasio disputantes de virtute Philosophos audivisset, ac, num placerent, quæ dicta erant? interrogaretur: Proba, inquit, profectò sunt disputationes illæ, sed inutiles planè vobis, qui virtutem habetis in ore, factis non ostenditis. Plutarch. in Apophleg.]

*VI. Qui unam habet virtutem, et habet & reliquias.*

Valet non de virtutum actibus, quos materiae, occasionis & instrumentorum defectus sæpè excludunt; sed animi habilitate & propensione, ita ut quantum in se est, destinet, quæcunque opera honesta patrare, si materia, occasio & instrumenta præstò sint. Thom. I.c. quest. 65. art. 1.

*VII. Vir-*

VII. *Virtus nobis non inest à na-*  
*turâ. 2.Eth.Nic.1.*

Loquimur (1.) non de homine *in*  
*statu integritatis ante lapsum* confide-  
*tato, cui virtus fuit naturalis ut pars*  
*imaginis divinæ; sed de homine *in**  
*statu corruptionis post lapsum* spectato.  
(2.) Non de naturali quâdam aptitudi-  
ne & propensione ad virtutem, homini  
præsertim naturæ generosioris inhæ-  
rente, quæ semen, rudimentum & in-  
choamentum virtutis appellatur; (de  
quâ vid. ipse *Philosophus* 6. Eth. Nic.  
c.13.& l.5.Eudem.c.eod.& 1.Polit.c.2.)  
sed de habitu completo & perfecto, qui  
ex plenario rationis usu operantibus  
assignatur. (3.) Non de eo, quod no-  
bis inest secundum naturam, quod na-  
turale dicitur ideò, quod ipsi naturæ  
est conveniens & congruum; (quo sen-  
su Cic.l.3.Offic. *Virtus*, ait, *maxime est*  
*naturæ consentiens, & magis, quam ipsa*  
*vitia aut voluptas,*) sed de eo, quod in-  
est à naturâ, ita ut principium ejus pro-

C 2                    ximum

ximum sit ipsa naturâ. Thom. l.c. qu. 63.  
art. 1.

VIII. Mores animi sequuntur  
temperamentum corporis. Galen. pec.  
libr. de Temper.

Loquor (1.) non de *moribus internis & spiritualibus*, qui per solius Spiritus Sancti operationem emendantur; sed de *externis & propriè dictis*, quales sunt virtutes & vitia moralia. (2.) Non de *temperamento hominis morbido & vitiioso*, quod necessariò secum trahit *mores hominum*, atque sic haud amplius est in nostrâ potestate; sed de *sano & naturali*, quale in sanis reperiatur corporibus. (3.) Non de *causa proximâ & adiquatâ*, q.s. *temperamentum immediate & solitariè sumptum* mores producat; sed de *remotâ & inadiquatâ*, ita ut mores rectâ disciplinâ, congruente educatione & accurata informatione possint corrigi. Adeoq;  
(4.) non de eo, quod necessariò & semper, *mores sc. trahendo, temperamentū sequi*

sequitur; sed de eo, quod *contingenter*  
*& quandoq;*, mores scil. tantum inclinando, illud concomitatur, ut tamen studio & assuefactione multis modis emendari possit.

**IX. Mores animi sequuntur cœlium influxum.**

Non (1.) *immediatè seu directè*,  
*uasi proximè & per se voluntas inclinari* dicatur; sed *mediate sive indirectè*, quat. *remotè & per accidens voluntas, interventu scil. organotum cororis, & potentiarum ipsis competendum, disponitur.* Neq; (2.) *necessario uasi voluntati inferantur necessitas; sed contingenter, ita ut voluntas, quounque appetitus affectu incitetur, i. pro suâ libertate obliktari possit.* *Supiens ergo, inquit B. Sperling. Præceptor meritissimus Inst. Phys. l. 3. c. 4. 15. dominabitur astris; insipiens vero improbus, qui temerariâ beluarum habitur cupiditate, cadet. Cadet culpâ on astrorum, sed propriâ.]*

X. *Virtus moralis est in appetitu sensitivo. 1. Eth. Nic. 13.*

Non primariò, quomodo residet in voluntate. 8. Eth. Nic. 13. sed secundariò est in appetitu sensitivo, quatenus hic rationis imperium, monita & præjudicium audire, ejusque nutu flecti & gubernari potest, sicut loquitur *D. Calixtus* epit. Theol. Mor. part. 1. de p̄tne. action. hom. ren. p. 17.

XI. *Virtus non recipit magis & minus.*

Intelligendum hoc est non comparatè & ratione inexistentia, ita enim in hoc vel illo subiecto admittit gradus; sed absolute & ratione essentia. Thom. I.c. 66. art. 1. [Quo sensu acceptandum illud Senecal. 1. epist. 66. Quid accidere perfecto potest? Nihil. Aut perfectum non erat, cui accessit. Ergo ne virtutem quidem, cui si quid adjici potest, defuit.]

XII. *Virtus sibi sufficiens est.*  
*Senec. de irâ.*

Non quoad operationem & actum  
quem-



quemcunque, ratione cuius s̄aepeius instrumentis & mediis opus habet; sed quoad quidditatem & naturam, ratione cuius habitus virtutis etiam sine bonis fortunæ aliisque organis animo inesse potest.

XIII. *Virtus præstantior est avertiis. Isocr. in orat. ad Demon.*

Non ex more vulgi, qui cuncta studia tantum ad opes corradendas ante omnia dirigit, juxta illud Horatii l. 1.  
epist. i. *O cives, cives, quarenda pecunia primum;* sed ex rectâ rationis judicio,  
quod bona animi omnibus fortunæ  
bonis præferat. [ *Virtutum quippe memoria,* judice Lentulo in Aul. Tibet.  
aph. 164. *omni exequiarum funebre*  
*pompa fulgentior.* ]

XIV. *Virtus moralis est expers*  
*omnis abusus.* 2. Eth. Nic. c. 6. l. 2.  
Magn. M. c. 3. & l. 1. Rhet. 4.

Loquor non de eo, quid ab aliis fieri  
queat, qui ex nostrâ virtute occasio-  
nem peccandi per accidens capere

C 4 pos-



possunt ; sed de genuino virtutis posse-  
sore, qui est. quat. per virtutem laude  
dignus, eâ abuti nequit.

XV. Virtutis comes invidia. Cic.  
l. 4. ad Herenn.

Non per se & naturâ virtutis, quam  
honores & dignitates ex merito con-  
comitantur ; sed ex accidente, virtus ho-  
minum, qui nihil magis ægro ferunt  
animo, ac si videant, unum majoribus  
abundare bonis, quam alium.

XVI. Marcet sine adversario vir-  
tus. Senec. de provid.

Virtus quidem non ratione sibi in-  
diget adversario, quia omnium amore  
est digna ; sed ex accidente saepius ma-  
gnam patitur afflictionem, ita tamen,  
ut inde magis magisque augeatur, cel-  
siorque reddatur. [Huc spectat illud  
Seneca : Illustrata est virtus mea per ea  
ipsa, per quæ petebatur : produci enim  
illi & tentari expedit. Nec ulli magis  
intelligunt, quanta sit, quam qui vires  
ejus

*ejus lacesſendo ſenſerunt. L. un. de beat.  
vit. c. 27.]*

**XVII. Virtutes Ethnicorum non  
ſunt peccata.**

In quantum conſiderantur non per accidens & eventuaſiter. [Ita enim di- cuntur peccata partim ob defectū cauſæ efficientis principalis, quatenus ( $\alpha$ ) non proficiſcūtur à gratioſo Dei influ- xi, ſed à generali illius motione: partim ob diſplicentiā ſubjeſti, quatenus non ( $\beta$ ) iſlūt homini renato, ſed irregenito: partim ob absentiam formæ aſſiſtentis, quatenus ( $\gamma$ ) non flunnt ex fide & caritate Christianā, ſed ſimpliciter ex legenaturæ & rectâ ratione: partim ob debiti finis parentiam, quatenus ( $\delta$ ) non ad Dei Trinunius gloriam; ſed ad propriam Ethnicorum laudem re- feruntur. ] ſed per ſe & formaliter, qd. le- gi diuinæ, naturali & recte rationi con- gruunt. [Et hoc ſenſu acceptamus verba B. Hulſemanni, quando in Ma- nual. Conf. Aug. disp. 16. de Lib. Arbitr-



th.8. ita loquitur: *Hac est ipsorum (operum Gentilium) ratio, cur virtutes illae bona non sint, quia dilectio Dei ex toto corde, tota anima Eccl. eis non inest ratione forme: Gratia Spiritus S. ipsis deest ratione principii: Gloria veri DEI ratione finis.* Quam sententiam fusiūs explicat nunquam satis laudatus Preceptor in Man. cit. disp. 17. de Fid. & Bon. oper. ubi th. 4. ita differit: *Dicimus, non ipsum opus bonum, sed defectum perfectionis inesse debitæ, qui à tali opere in hac mortalitate inseparabilis est, esse peccatum, quia talis defectus est avocia, sive non-convenientia cum lege DEI, ac per hoc peccatum, definiente Apostolo 1. Joh. III 4. Et quia ejusmodi avocia omnem hominis vitam, omnes actiones perpetuo comitatur, seu semper adharet. ut Apostolus loquitur Hebr. XII. 1. Ideo Lutherus assert. art. 31. 32. 36. Et alii, respectu hujus inseparabilis adhaerentis, non respectu formæ propria quodlibet bonum opus dixerunt esse peccatum. Vid. plura ad hanc rem facientia l.c. th. 5. &c 6.]*

XVIII.



*in genere.*

58

*XVIII. Virtutes Ethnicorum  
placent Deo.*

Non (1.) complacentia *speciali*, quā sola fidelium opera bona DEO sunt grata, juxta immotum axioma Hebr. XI. 6. *Sine fide impossibile est, placere Deo*; sed *generali*, quatenus gentiles vivunt secundūm ductum legis naturæ, quo respectu generalem præsentiam & operationem DEI iis cum B. Glassio non denegamus, diss. super Aug. Conf. 10. de bon. oper. sect. 1. th. 37. Neque (2.) ratione *inexistentia*, quatenus insunt homini irregento; sed ratione *essentia*, quatenus actiones sunt rectæ & honestæ.

*XIX. Virtus virtutis non opponitur.*

Valet non *de oppositione generali*, quā etiam disparata, inter quæ nulla intercedit pugna, sibi opponuntur, quoniam sensu diversarum virtutum species, quatenus una non est altera, dici possunt oppositæ; sed *de speciali*, quā contraria,



traria, vel ea, quae ex se & suâ naturâ sunt pugnantia, sibi opponuntur.

*XX. Vitia nobiscum non nascuntur. Senec. epist. l. i. ep. 82.*

Valet non de peccato originis, quod scriptura nobiscum nasci asserit, Psal. L. I. 7. sed de habitu vitioso, de quo Ethici dicunt, hominem nasci ~~est de rego~~, neutro modo se habentem, i. e. neque moraliter bonum, neque moraliter malum. 2. Eth. Nic. 5.

*XXI. Vitium est contra hominis naturam. Senec. l. i. ep. 122.*

Verum est non de naturâ hominis vitiosâ & peccatis pollutâ; sed de insegrâ & in se consideratâ, cui maximè repugnat vitium, & convenit virtus. Thom. l. c. qu. 71. artic. 2.

*XXII. Omnes ad vitia naturâ sumus procliviores, quam ad virtutes.*

Verum est non de homine integro, qui ante lapsum imagine divinâ, tanquam peculiari dono naturali prædictus erat, ut tradunt Theologi; sed de homi-



*hominem corrupto*, qui post lapsum in tantam incidit miseriā, ut per depravationem naturae magis inclinet ad malum morale, quam per lumen naturae tendat ad bonum civile.

*XXIII. Qui malus est, sponte est malus.*

Loquimur (1.) non de *malo omissionis*, quod dari potest absque intentione & voluntate omittendi; sed de *malo commissionis*, quod quotidie perpetramus. (2.) Non de *malo Theologico seu peccato originali*, quod in peccante naturā in peccatricem naturam transit August. I. 4. hypòg. tom. 4. sed de *malo Ethico seu actuali*, quod nullā necessitate naturali & coacte, sicut Plato I. 9. de Leg. sentire videtur, ait sponte nostrā & liberè committimus, ut *Aristoteles* 3. Eth. Nic. 7. recte judicat.

*XXIV. Non omnia vicia sunt paria.*

Procedit non ratione formae vitiostatis, quā in eo, quod sint vicia, de naturā



turâ generis ex æquo participant, adeò ut vitium minimum pro maximo habendum Thom. l.c.q. 73. ab art. 2. usque ad 10. [ Ut enim verum vero magis tale non est neque falsum falso : Ita nec fraus fraude , nec peccatum peccato , autore Laertio in Zenone . ) sed ratione modi , graduum aliarumque circumstantiarum vitiositatis , secundùm quas unum magis , alterum minus recedit à medio . [ Quis enim non intelligit , gravius delinquere cum qui ex proposito & delibera- rato consilio , quam qui prater volunta tem , & quodammodo invitus , ex pertur batione animi vehementiore peccat ? Qui non videt , majus esse peccatum ejus , qui patrem , quam qui extraneum aliquem occidit ? Quis nescit , atrociorē injuriā haberi eam , quæ in theatro , in foro , in conspectu Magistratum , quam quæ pri vatim & secreto infertur ? judice Ber neggero qq. miscell. ex C. Corn. Tac. quæst. 61. Et propterea in die judicij tolerabilius erit Sodoma , quam Chorazin , Matth. XI. 24. Et minus Socrates , quam



quàm Nero punietur, non quia Socrates bonus, sed quia Nero magis malus, & minus impius quàm Nero Socrates, teste Augustino l.4.contra Jul.c.3.]

*XXV. Vitia nulli sunt exprebranda.*

Intellige vitia non voluntariâ actio-  
ne, nostrâque culpâ contracta; sed à  
naturâ, vel morbo, vel casu quodam  
orta.

*XXVI. Vnum extremorum pro-  
piùs à medio abest, quàm alterum.  
2. Eth. Nic. 6.*

Loquimur non de medio rei seu *A-  
rithmetico*, quod ab utroque extremo-  
rum æquali distat intervallo; sed per-  
sonæ sive *Geometrico*, quod uni extre-  
morum vicinius est, alteri remotius,  
ita ut interdum excessus, interdum de-  
fectus ad virtutem propiùs accedat.

*XXVII. Major est repugnantia  
extremorum inter se, quàm extremiti  
cujuslibet cum medio. 2. Eth. Nic. 8.*

Verum




Verum est non de repugnantiâ abso-lutâ, quâ virtus consideratur ut res bona, vitium autem res mala: quo modo magis discrepat virtus ab extremis, quam extrema à se invicem; sed de comparatâ, quæ confert similitudinem & dissimilitudinem utriusque inter se, quo sensu vitium ratione graduum, affectuum & latitudinis objectorum magis dissimile est alteri vitio, quam medio.

*XXVIII. Ab eo extremo, quod magis adversatur medio, magis est recedendum, & ad id, quod ipsi minus adversatur, declinandum.* 2. Eth. Nic. 8.

Valet non simpliciter & absolute, qd. aliquis à mediocritate aberret, & vi-tiosus evadat; sed secundum quid, si quis videlicet alterum extremorum magis se proclivem sentiat, tunc quodammodo in contrarium contendere oportet, ut mediocritatem attingat, atque virtuosus existat.

CAPVT



## CAPVT II.

De

ACTIONUM HUMANARUM  
PRINCIPIS.¶. JOHANNE LEPORINO,  
*Braubaco-Rhenano.*

**A**CCTIONES HUMANÆ sunt actiones homiis, à voluntate & intellectu ad bonum vel malum determinatae.

Suntque vel bonæ, vel malæ.

BONÆ sunt, quæ rectæ ratione conformes sunt.

MALÆ sunt, quæ difformes sunt rectæ rationi.

PRINCIPIA actionum humanarum sunt quinque : Spontaneum, Consultatio, Electio, Voluntas & Liberum Arbitrium. 3. Ethic. Nic. I. sqq.

SPON-



SPONTANEUM est, cuius principium est in agente, singulas actionis circumstantias sciente. 3. Ethic. Nic. I. *Talis actio erat venditio FRATRVM Josephi. Genes. XXXVII. 26. sqq.*

Huic opponitur INVITUM, quod aut vi, aut ex ignorantia committitur. 3. Eth. Nic. I.

Invitum duplex est, vel violentum, vel per ignorantiam tale.

VIOLENTUM est, cuius principium externum adeo est firmum, ut agens vel patiens nihil adjumenti ad id conferat. 3. Eth. Nic. I. *Talis erat actio Lucretiae, Filiae Tricipitini, & uxoris Collatini, quae à Sexto Tarquinio fuit stuprata. Liv. lib. I. cap. 58. Luther. in Genes. super cap. XXIX. fol. 408. Item IUDÆORUM hederâ coronatorum, quos Rex Antiochus ad sacrificium Bacchi attraxie. II. Maccab. VI. 7.*

Est verò violentum vel simpliciter tale, quod alias dicitur purum, & modo fuit definitum; vel secundum quid, quod mixtum vocari consuevit. 3. Eth. Nic. I.

MIXTUM

Mixtum est, quod partim per vim extrinsecus, partim intrinsecus per voluntatem fieri solet: *Eiusmodi actio est MERCATORIS*, qui, obortâ tempestate, ad evitandum vita periculum merces in mare projicit: vel *VIATORIS*, qui latronibus, ad vitam redimendam, certam pecunia summam solvit. Huc non incongrue referri potest actio *LOTHI*, qui hospitum suorum conservandorum causâ non recusavit, filias civium libidini objicere Genes. XIX. 8. Similiter *CHRISTI*, qui ad redimendos homines ab aeternâ morte, sponte mortem temporalem pertulit.

Invitum PER IGNORANTIAM est, cuius principium est ignorantia singularum circumstantiarum, ita tamen, ut eum, qui fecit, postea facti pœnitireat.  
3. Eth. Nic. I. Sic *OEDIPVS* Patrem ex ignorantia interfecit, & matrem, quam non noverat, in uxorem duxit, quo errore cognito, eò doloris processit, ut etiam oculos sibi erueret. Giphian. comm. in c. I. l. 3. Eth.

Ignor-



Ignorantia dividitur in eam , quâ quis ignorans , & quâ quis per ignorantiam agit. 3.Eth. Nic.1.

IGNORANS agere is dicitur, qui eo tempore, quo agit , ignorat quidem, (suâ tamen culpâ) quid agat, ignorantia tamen non est causa actionis, sed aliud quoddam , quod ignorantiam induxit : 3.Ethic.Nic.2. Sic LOTHVS cum duabus filiabus rem habuisse dicitur ignorans, non ex ignorantia : hujus enim causa fuit ebrietas, quam sibi sponte affivit, quæque deceptioni isti filiarum ansam dedit. Gen.XIX.32.sqq.

PER IGNORANTIAM agere is dicitur, qui aliquam actionis circumstaniā nullâ suâ culpâ ignorat, adeò ut sola ignorantia actionis sit causa, quâ remotâ, nunquam futura fuisset actio. Ita JACOBVS Patriarcha fraude Labanis socii existimans , se cum sponsâ Rachele cubare , cum ejus sorore Leâ concubuit. Gen.XXIX.23.sqq. Luther. in Genes. super h.l fol. 408.

Dein-



Deinde ignorantia est vel impro-  
priè, vel propriè dicta.

IMPROPRIE dicta appellatur igno-  
rantia PURÆ NEGATIONIS, quæ  
aliàs NESCIENTIA dici consuevit,  
estque in subiecto scientiæ vel simpli-  
citer, vel pro certo tempore atque sta-  
tu non-capaci: *Qualis datur partim in  
LAPIDE, partim in INFANTE  
aut FVRIOSO.*

PROPRIE dicta ignorantia est vel  
puræ privationis, vel pravæ disposi-  
tionis.

Ignorantia PURÆ PRIVATIONIS  
est simplex carentia scientiæ in subje-  
cto scientiæ per naturam & ætatem  
capaci: *Cujusmodi in RVSTICO est  
rerum Metaphysicarum & Politicarum  
ignorantia.*

Ignorantia PRAVÆ DISPOSI-  
TIONIS est positiva quædam dece-  
ptio & contrarius veritati error, cum  
contemptu veritatis indagandæ con-  
junctus: *Qualis est in HÆRETICIS,  
qui suis ita irretiti erroribus de veritate  
inquis-*

inquirendā non laborant, quin & admōniti, imò & sēpē convicti, errores nihil omnīus suos obstinatē & pertinaciter defendunt.

Porrò ignorantia alia est Juris, alia facti.

Ignorantia JURIS vocatur, quā quis eā, quae justa aut injusta sunt, ignorat.

Estque hæc vel juris universalis, vel particularis.

Ignorantia JURIS UNIVERSALIS est, quā ignorantur ea communia justi & injusti præcepta, quae omnes homines scire poterant & debebant: Ut si quis nesciat, blasphemiam, homicidium, scortationem, furtum &c. malum esse & vitandum: Qualis ignorantia statuitur fuisse in <sup>7</sup>VDE IS Christum hominem innocentem crucifigentibus. Acto.  
III.17.

Ignorantia JURIS PARTICULARIS est, quā ignoratur speciale mandatum, promulgatum ab eo, qui potest condere legem: Sic <sup>eg</sup>JONATHAN mel

eo die gustaverat, quo rex Pater praceperat publico edictō, ut ab omni cibo & potu abstineret omnis populus, I. Sam. XIV. 27.

Ignorantia FACTI est, quā quis singulares actionis circumstantias ignorat: Sic ISAAC, cūm benedictionem primogenitura conferret, ignoravit, se Iacobō benedicere. Genes. XXVII. 23. Similiter JACOB ignoravit, se cum Leā concubere. Gen. XXIX. 24.

Ulterius ignorantia alia est juris naturalis, alia positivi.

Ignorantia JURIS NATURALIS est, quā quis ea, quæ juris naturæ sunt, ignorat. v.g. latrocinium aut adulterium esse illicitum.

Ignorantia JURIS POSITIVI est, quā quis ignorat aliquid, quod lege humana est determinatum. v.g. si quis ad testamentum duos tanum testes adhibuisset, ignorans, juxta legem civilēm requiri septem.

CONSULTATIO est diligens inquisitio mediorum, per quæ in agendo ad

ad finem propositum pervenire possumus. 3. Ethic. Nic. 3.

ELECTIO est appetitio præmeditata eorum, quæ à nobis fieri possunt. 3. Ethic. Nic. cap. 2. & 3. I. 6. c. 2.

VOLUNTAS est boni cum ratione appetitio 3. Eth. Nic. c. 4. I. 1. M. Mor. 12. & I. 1. Rhet. c. 10.

LIBERUM ARBITRIUM est facultas hominis, quâ voluntas objectum, ab intellectu cognitum, liberè vel eligere, vel repudiare potest: ita homo liberè templum ingreditur, libros legit sacros & profanos. Sic libera erat & VDÆ proditoris voluntas, poterat enim non prodere.

### *A X I O M A T A.*

I. Dantur in homine principia actionum humanarum.

Quærimus principia actuum (1.) non naturalium, qui homini cum bestiis sunt communes; sed humanorum, qui soli homini sunt proprii. (2.) Non super-



supernaturalium, quorum principium est habitans in renato Spiritus Sanctus, D.G.Calixt. epit. Theol. Moral. part. i. de princ. Action. hominis renati; sed moralium, qui sunt mediante intellectu & voluntate. (3.) Non interiorum, qui in animo latent, aliarumque actionum sunt principia; sed praecipue exteriorum, qui in sensus incurunt, & maximè in civilibus actiones dici solent.

11. Quas res in nobis situm est, ut agamus, eas etiam in nobis situm est, ut non agamus. Quasque in nobis situm est, ut non agamus, easdem ut agamus, in nostrâ est potestate. 3. Eth. Nic. s.

Valet non de actionibus hominum sacris, iisque internis & merè spiritualibus, quæ peculiariter Deo gratæ & acceptæ sunt; sed partim de externis, exterum religionis exercitium concordantibus, quas homini facile largi-  
rur; partim de artificialibus, quæ

D medi-

mediantibus habitibus variarum ar-  
tium liberè producuntur ; partim de  
*moralibus*, ad quas virtutum aut vitio-  
rum actiones referuntur ; partim de  
*civilibus*, civilem conversationem re-  
spicientibus . partim de *naturalibus*,  
ad vitam naturalem spectantibus, qua-  
tenus videlicet hæ ratione determi-  
nationis ad certum tempus ac modum  
considerantur.

*III. Principium actionis spon-  
taneæ sit intrinsecum. 3. Eth. Nic. c. I.*

Valet non de actionibus, quæ alio-  
rum potestati & imperio subjacent,  
quales sunt istæ , quæ alieno jussu &  
nomine agimus ; sed de iis, quæ ratio-  
ne directionis & dominii sunt in nostrâ  
potestate , ut iis liberè veluti, vel non  
uti possimus.

*IV. Principium actionis vio-  
lentæ sit extrinsecum. 3. Eth. Nic. I.*

Principium hoc dicitur extrinsecum  
bonam ratione loci vel subjecti, quod  
agit

agit vel patitur ; quām ratione ipsius appetitus, ita ut omne illud hīc habeatur pro principio extrinseco, quod est contra animi inclinationem, vel appetitus motum.

*V. Agens vel patiens nihil conferat ad violentam actionem. 3. Eth. Nic. i.*

Valet non semper defacultate inferiori, v.g. locomotivā, quæ ab externo principio mota , violentam actionem suo adjumento promovere potest ; sed de superiori, quæ non consentiat , neque actionem vel passionem approbet.

*VI. Ignorantia actionem reddit invitam, eandemque excusat. Arist. l.c.*

Verum est (i.) non de ignorantia juris universalis, quæ est fundata super leges naturæ & gentiū , cuius cognitio omnibus inesse deberet ; sed juris particularis , quā ignoratur speciale aliquod edictum , quæ (ignorantia) ad tem-

D 2 pus



pus excusat. (2.) Non de ignorantia juris naturalis & divini; sed positivi & humani, quae in fero conscientiae, si debitam quis diligentiam adhibuerit, excusat. (3.) Non de ignorantia facti crassâ & vincibili, quae facile superari potuit; sed de purâ & invincibili, quam quis expellere haud valuit.

VII. Ea, que ex irâ, metu, cupiditate, aut alio aliquo vehementiori affectu fiunt, minus recte dicuntur invitata. Arist. l.c.

Etenim non illud tantum sponte fieri dicitur, quod procedit ex rectâ ratione & electione; sed quod fit per inservium principium non-coactum, quale in actionibus ex perturbatione animi ortis videre licet, ob quod etiam non invitata, sed spontaneæ magis & voluntariæ vocantur.

VIII. Actiones mixta ex spontaneo & inuito, potius spontaneæ dicenda. Arist. l.c.

Valeat

Valet non de actionum mixtarum primo motu, respectu cuius actiones, præsertim extra præsentissimi periculi casum consideratae, magis sunt invitæ, sed de earundem fine & circumstantiis, quorum intuitu eo in primis tempore, quo maius imminet malum, rectius voluntariæ vocantur.

**I X.** Non sunt facienda mala, ne  
inde eveniant bona, Rom. III. 8.

Valet non de actione invitâ, quâ multa mala, quæ ratione circumstan-  
tiarum absque gravissimo Reip. vul-  
nere extirpari non possunt, tolerandas sed de spontanea, quâ ejusmodi mala,  
quæ sine detrimento Reip. mutari pos-  
sunt, quantum fieri potest, è Rep.  
Christianâ penitus ejicienda.

**X.** Consultationes non sunt in-  
stituende de omnibus rebus. 3. Eth.  
Nic. c. 3.

Non (r.) de rebus aeternis, quæ im-  
mutabiles nobis sunt, minimèque sub-  
stant actioni vel effectioni; sed de

D 3 huma-



humanis negotiis in hac vitâ agendis.  
 Non (2.) de simpliciter necessariis 6.  
 Eth. Nic. i. quæ actionis indifferentiam  
 excedunt; sed de contingentibus, quæ  
 à nostro arbitrio pendent, ut siant vel  
 non siant. Non (3.) de præteritis quæ  
 talibus, quæ mutari aut infectæ fieri  
 nequeunt; sed de futuris, teste Plato-  
 ne in Sisypho pag. 1027. Non (4.) de  
 merè fortuitis & casuibus; quarum  
 causæ proorsus latent; sed de iis, quæ  
 consultatione nostrâ regi & temperari  
 queunt: Non (5.) de planè alienis, qui-  
 bus se immiscere, prudentis non est;  
 sed de propriis, quæ quocunquā modo,  
 sive ratione personæ, sive ratione co-  
 gnationis seu officii ad nos spectant.  
 Non (6.) de singularibus, quæ per sen-  
 sum manifestæ sunt; sed de iis, quæ  
 arduæ sunt, obscure & adhuc in dubium  
 vocantur. Nec (7.) de finibus ultimis,  
 formaliter acceptis; sed de subordina-  
 tis, quæ sunt media ad finis consecu-  
 tionem facientia. Thom. I. c. qu. 14.  
 art. 2. 3. 4.

XI. In



XI. In rebus arduis consultationis  
socium assumamus. Arist. l.c.

Observandum hoc (1.) non unice circa negotia aliena; sed imprimis circa propria, in quibus s̄epissimē talpæ cœciores esse solemus: Neque (2.) quemvis indiscriminatim admittamus, imprimis perversissimo hoc nostro seculo, ubi ob candoris & integritatis defectum nil prudenti dissidentiâ utilius; sed habendus est delectus, ita, ut ad consiliū adhibeamus viros (α) P̄tobos, qui virtute suâ nostra contamina promovere student, siquidem ut Salomon monet Prov. XII. 5. *Consilia impiorum sunt fraudulenta.* (β) Prudentes & in praxi rerum humanarū versatos, sicut Syracides VIII. 20. docet: *Cum fatule consilium non habeas.* Et (γ) Amicos, qui sancti & secreti silentii fidem servare norunt. Unde Syracides etiam c. VI. 14. seq. *Amicus fidelis, protectio fortis.* Et c. XII. 10. sqq. *Non credas inimicō tuo in aeternum.* Nam sicut es adfere-



aruginem, sic etiam pravitas illius, etiam  
se subjiciat se, & inflexus ambulet, insiste  
anima tua & custodi ab illo ipsam, &c.

XII. Non omnis actio moraliter  
est bona, bona qua est intentione.

Loquor non de eo, ex quo secunda-  
ria bonitas actionis humanæ censetur,  
quâ ratione à fine, intentione, me-  
diis licitis & circumstantiis dependet,  
quorum unum ubi deest, actio virtuo-  
sa dici nequit, juxta illud: Bonum con-  
stat ex integrâ causâ, malum verò ex  
quovis defectu; sed ex quo principa-  
liter estimatur, quomodo ab objecto  
honesto sub ratione formalí honesti,  
h.e. rectæ rationi convenientis sumpto  
specificatur. Thom. I. 2. qu. 18. art.  
3. 3. 4.

XIII. Ex duobus malis minus est  
eligendum. 3. Eth. Nic. c. I.

Procedit (1.) non de malis culpa,  
quaे in se sunt peccata, & turpia ap-  
pellantur, quaेque propterea simpli-  
citer sunt repudianda; sed de malis  
paena,

pœna, quæ noxia, molesta & tristia dicuntur. (2.) Non de malis pœna non-promerita, è quibus innocentium nullum est eligendum, ne in criminis suspicione veniat; sed de malis pœna promerita, quorum unum & de jure & de facto quis eligere potest.

XIV. *Electio est actus voluntatis.*

Electio non antecedenter & dispositivè spectata, quam aliquis intellectus actus præcedit, qui vocari solet inquisitio consiliativa; sed essentialiter & completivè sumpta, quæ ad intellectus actum referri nequit. Thom. I. 2. qu. 13. art. I.

XV. *Electio non competit brutis.*  
3. Eth. Nic. c. 2.

Loquimur non de *electione impropria* dictâ, quâ bruta pro lubitu ex multis herbis unam alteri præferunt, & ita unam ex illis quodammodo eligere videntur; sed de *propriâ dictâ*, quâ agens fertur in dilectum rerum animi qua-

Dam



dam electione, quam consilium præcedit, & judicium rationis dirigit. *Thom.*  
*l.c..art. 2.*

*XVI. Electio versatur circa possibilia. 3. Eth. Nic. 2. & 3.*

Non autem requiritur, ut objectum electionis sit reverè possibile; sed sufficit, si ut tale à nobis apprehendatur, atque intellectui sub ratione possibilis repræsentetur.

*XVII. Electio est mediorum. 3. Eth. Nic. 2.*

Finis a. qn. sub electionem cadit, non ut finis ultimus spectatur; sed ut est medium, quo nobilior aliquis finis obtinetur. *Thom.l.c. art. 3.*

*XVIII. Objectum voluntatis est bonum.*

Valeat (1.) non de voluntatis aëtu a-versativo, qui est persecutionis, fugæ & odii, cuius objectū est malum; sed de aëtu appetitivo, qui est prosecutionis, desiderii & amoris. (2.) Non de bono tantum vero, quod in se verè tale est, quale

quale existimatur; sed & de apparente.  
*& fucato*, quale sub prætextu boni con-  
 venientis, aut malū removentis sub ho-  
 minis voluntatem cadere potest. 3. Eth.  
 1. Nic. 6. Thom. 2. l.c. qu. 8. art. i. [Hac  
 de re] B. Fevurbornius, Præceptor quon-  
 dam & Hospes optimè meritus in  
 dissert. Theol. de Pecc. in Spiritum S.  
 c. 14. pag. 242. ita sentit: Objectum, in-  
 quiens, voluntatis per se est bonum, per  
 accidens malum; neque tamen simpli-  
 citer, sed sub specie boni alicuius, si non  
 honesti, talitem sive utilis, sive iucundæ.  
 Imò pag. 246. seq. affirmare non dubi-  
 tat, voluntatem hominis in adjunctâ  
 pravitate & cœcitate originali, potissi-  
 mū in execœcatione & induratione  
 diabolicâ & malitiosâ carnis domina-  
 tione malum, quā oppositum est bono ho-  
 nestatis, seu bono morali, appetere, hoc  
 est, appetere peccatum & vitium, quā  
 tale est, seu quā moraliter malum est,  
 seu quatenus id pugnat cum divinâ le-  
 ge, nobis inscriptâ & præscriptâ; hac  
 tamen cautelâ, ut ideâ *& simulachro*  
boni

XIX. Voluntas in suis actionibus liberis non necessariò determinatur ab ultimo practico intellectus iudicio.

Loquor non de motione ethicâ, morali & objectivâ, quâ res, quæ amari aut odio habeti potest, voluntati ab intellectu repræsentatur, & appetitus quasi illustratur & dirigitur; sed de motione physicâ, reali & effectivâ, quâ actus voluntatis ab intellectu per modum efficientis producitur, & ad agendum necessitate absolutâ determinatur, quam in actibus liberis numquam nobis hactenus observare licuit. [Repeatam pauca, quæ disp. Eth. de Lib. Arb. hîc Gießæ anno 1655. th. 12. proposui: Ita ibi: *Sola voluntas actus suos per modum efficientis causat, cum concursu Dei actum suum physicè & realiter producit, & ad actum voluntatis proferendum aitivè concurrit;*

non



non phantasma, nec objectum, nec ratio vel intellectus, licet haec veluti antecedentia & conditiones requiratae admittantur.]

*XX. Voluntas in finem tendit.*

*3. Eth. Nic. c. 2. C. 4.*

Loquor non de eo, circa quod secundario unam occupata est voluntas, quam ratione (voluntas) efficax etiam media tanquam objectum ejus minus principale desiderat; sed circa quod principalius & primario versatur, & in quo ultimatè acquiescit. *Thom. l. c. q. 8. art. 3.*

*XXI. Voluntas non est impossibilium.*

Procedit (1.) non de voluntate incompletâ, quam sub certâ conditione aliquid volumus, quæ impossibilium esse potest; sed de completâ, quam simpliciter & absolutè aliquid volumus, quæ sola est possibilium. (2.) Non de voluntate inefficacis seu complacentie, quam aliquid secundum se, sine ullâ tamen cogitatione efficiendi vel consequendi appet-



appetitur, qualis etiam esse potest illo-  
rum, quæ impossibilia esse existimantur; sed de *efficaci*, quâ res non tan-  
tum secundum se; sed ut acquirenda  
vel facienda unâ appetitur, qualis est  
tantum possibilium, vel eorum, quæ  
talia esse putantur.

*XXII. Voluntas non potest cogi.*

Valet non de *aetibus voluntatis ex-  
ternis & imperatis*, qui mediante aliâ  
potentiâ producuntur; sed de *interio-  
ribus & elicitis*, qui ex voluntate imme-  
diatè proficiuntur. *Thom.* I. 2. q. 6.  
art. 4.

*XXIII. Voluntas sola est libera.*

Non tantum formaliter & *intrinse-  
ce* est libera; sed & radicaliter, qd. ra-  
dix causam notat libertatis, quâ Volun-  
tas ipsum quoque intellectum in *actio-  
nibus deliberatis & liberis ad intelli-  
gendum* movet.

*XXIV. Voluntas quoad omnes  
actus est libera.*

Valet non de libertate contrarietas  
& quoad *actus specificationem*, hîc enim  
non



non desunt actus à voluntate necessaria  
rīo producti, quales sunt actus appetiti-  
vi circa bonū, & aversativi circa ma-  
lum universale; sed de libertate contra-  
dictionis seu quoad actus exercitiū, quā  
& universale & particulare bonum à  
voluntate in hac mortali vitā ita appe-  
titur, ut & possit non appeti. *Thom. I. 2.*  
*q. 10. art. 2.*

*XXV. Libertas tollit necessitatem.*

Verum est non de necessitate hypo-  
thetica & consequentia, ad quam spectat  
necessitas decreti divini & ordinis,  
præcepti & promissi, debiti & officii;  
sed de absoluta & consequentiis, ad quam  
refertur necessitas coactionis & servi-  
tutis, quæ libertati maximè repugnat.

*XXVI. Liberum arbitrium eligit  
opposita.*

Non in sensu composito, quo nun-  
quam simul utrumque eligit; sed in  
sensu diviso, ita ut eligat alterutrum, id-  
que cum hac indifferentia formalis &  
intrinsecā, ut, quod elegit, reprobare,  
& quod reprobavit, eligere potuerit.

**CAPUT**





## CAPUT III.

De  
AFFECTIBUS.

Ex. LUDOVICO CHRISTIANO  
Grebener / Sieffa-Hasso.

**A**FFECTUS sunt motus appetitus sensitivi, ex prosecutione boni, vel aversatione mali orti.

Ratione divisionis affectuum cum iis facimus, qui naturam ejus, quâ dividuntur in affectus vel appetitus concupisibilis, vel irascibilis, ex ratione obiecti petunt, à quâ sententiâ nec ipse Thomas part. I. qu. 59. art. 4. planè alienus esse videtur. Definimus g. eos h. in m.

AFFECTUS APPETITUS CONCUPISIBILIS sunt, qui in bonum sensibus gratum feruntur: Hujusmodi affectus præcipui sunt: Amor, gaudium, spes, desiderium.

AMOR

*De affectibus.*

89

**A M O R** est affectus, quo ad bonum propendemus, quod nobis uniri, eoque perfici expetimus.

**G A U D I U M** est affectus, quo ob bonum prælens, & jam adeptum suavi voluptate perfundimur.

**D E S I D E R I U M** est affectus, quo bonum futurum, sive consequi illud nos posse putamus, sive minus, appetimus.

**S P E S** est affectus, quo bonum futurum, quod consequi nos posse statuimus, expectamus.

**A F F E C T U S A P P E T I T U S I R A -**  
**E C L I B I L I S** sunt, qui malum sensibus adversum averterantur: **E**t tales sunt: Ira, odium, audacia, timor, fuga & tristitia.

**I R A** est affectus, quo cum quodvis malum, tum præcipue offendam nobis illaram propulsare, & vindictam ab offensore sumere conamus.

**O D I U M** est affectus, quo à malo abhorremus, quod remotum à nobis esse cupimus.

**A U D A -**



**AUDACIA** est affectus, quo malum aggredimur, ut bonum speratum consequamur.

**TIMOR** est affectus, quo malum futurum formidamus.

**FUGA** est affectus, quo malum imminere visum intense aversamur.

**TRISTITIA** est affectus, quo dolore premimur vel ex sensu mali praesentis, aut recordatione præteriti, vel imaginatione certò futuri.

Principales vidimus affectus, sequuntur minùs principales, qui ex principalibus plerumque mixti & compositi, quique vicissim ad affectus appetitus vel concupiscibilis, vel irascibilis revocati possunt.

Ad concupiscibilem in primis referuntur: **Favor**, fiducia, gratitudo, misericordia.

**FAVOR** est affectus, quo alterius commodo bene voluimus.

**FIDUCIA** est affectus, quo bonum nos certè consecuti speramus.

**GRATITUDO** est affectus, quo illi,

illi, à quo beneficiis affecti sumus, bonum referre cogitamus.

**MISERICORDIA** est affectus, quo compatimur alii, qui malum impositum est, & pro malo bonum precamur.

Ad irascibilem revocantur: **VERECUNDIA**, pudor, desperatio, invidia, æmulatio, zelotypia.

**VERECUNDIA** est affectus, quo futuram ignominiam metuimus.

**PUDOR** est affectus, quo ob præsentem ignominiam commissæ delicto contractam tristamur.

**DESPERATIO** est affectus, quo bonum arduum ita apprehendimus, ut obtineri non posse judicemus.

**INVIDIA** est affectus, quo ægrè ferimus alterius successum & fortunam.

**ÆMULATIO** est affectus, quo boni alicujus, alteri competentis, defectum vel inæqualitatem in nobis molestè sustinemus, & æqualitatem expetimus.

**ZELO-**

**Z E L O T Y P I A** est affectus, quo indignamur, alterum potitum esse eo quoque bono, quo nos fruimur.

Affectuum comites sunt voluptas & dolor. 2. Eth. Nic. cap. 3. & 5.

**V O L U P T A S** est operatio non impetita promanans ab habitu, qui est secundum naturam.

**D O L O R** est operatio ad id, quod est contra naturam, declinandum impellens.

### AXIOMATA.

I. *Affectus in se & suâ naturâ sunt indifferentes.*

Affectus scil. (1.) non compositi, qui actu vel medium continent, & naturâ suâ laudabiles sunt; vel medium actu respiciunt, qui naturâ suâ mali audiunt. 2. Eth. Nic. 6. sed puri, qui in se medium actu quidem minimè habent, admettere tamen possunt. (2.) Affectus non in se accidentaliter spectari, quoad ea, quae iis contingunt; sed in se soli con-side-

siderati, sunt indifferentes. (3.) Non *physicè sumpti*, prout sunt motus naturales à naturâ animæ sentienti inditi, qui boni audiunt, sed *ethicè*, qd. ut actus à voluntate neutiquam imperati repræsentantur. *Thom.* 1.2. q. 24. art. 1.  
& 2.

*II. Propter affectus neque laudamur, neque vitu peramur.* 2. *Ethic.*  
*Nic. 5.*

Valet (1.) non de *affectibus mixtis*, quat. nomina illorum includunt bonitatem aut malitiam; sed de *simplicibus*. (2.) Non de *affectibus moraliter spectatis*, prout quid moralis moderatio-  
nis, aut immoderationis imbibunt, unde ab usu eorū vel recto bonus, vel  
perverso malus quis audit; sed de *naturaliter sumptis*, prout meri motus  
sunt naturales.

*III. Affectus cadunt in virum sapientem.*

Intelliguntur non *affectus immo-*  
*derati & habitus maficia*, qui mini-  
mē



mē virum prudentem decent ; sed moderati & affectus naturæ , qui rectæ rationis habenis flectendi, coërcendi, & intra gyrum honestatis continendi. Lips. Man. ad Stoic. Phil. l. 3. diss. 7. [Unde non malè August. l. 14. de Civ. Dei cap.8. Cupiunt, inquit, timent, lantur & boni & mali , sed illi bene, isti male , sicut hominibus seu recta seu perversa voluntas est. Et porrò l.c. In disciplinâ nostrâ , ait, non tam queritur, utrum piiss animus irascatur, sed quare irascatur; & nec utrum sit tristis, sed unde sit tristis ; nec utrum timeat, sed quid timeat : Irasci enim peccanii, ut corrigatur, contristari pro afflito , ut liberetur, timere periclitanti , ne pereat; nescio, utrum quisquam sanâ consideratione reprehendat.

#### IV. Affectus cum virtute esse valent.

Affectus non inordinati, qui imperium rationis declinant, (de quibus illud Ciceronis l. 4. Tusc. quæst. intelle-

ctum

Aum volumus, Virtutem esse vacuitatem quandam affectuum; ) sed ordinatis, qui rationis dominio se submittunt  
*Læl. Peregr. de aff. in comm. c.4.* [De his recte Theages Pythagoricus apud Stobæum serm. i. *Affectus*, ait, sunt virtutis materia, circa hos enim & in his versantur virtutes. Non erga tollere oportet passiones animæ, hoc enim inutile, sed adaptare ad id, quod rationem decori & mediocritatis habet. Huic adstipulatur *Phil. Melachekon.* in *Epit. Phil. Mor.* pag. 51. Ut enim equus, inquiens, per se velox facilius incitatur; ita facilis regit ratio voluntatem, quæ adjuvatur & extimulatur à bono affectu. Immò ita demum fit perfecta virtus, cunz voluntas & affectus pariter rationi obtemperant. Quare sciendum est, non omnes affectus pugnare cum virtute, sed quosdam esse virtutum incunabula, seu administricula.]

*V. Affectus sunt motus ad peccandum sollicitantes, Rom. VII. 5.*

Valeat



Valet non de affectibus moderatis, qui rationis rectæ ductum sequuntur, atque virtuti morali exercendæ materiam suppeditant; sed de immoderatis, qui à ratione deflectunt, eidemque parere recusant, atque ad peccatum inducunt. Morisau. comm. Eth. disp. 4. dub. II.

*V I. Affectus hominum sequuntur se plurimam corporis temperamentum.*

Non proxime & necessarie; sed remote & contingenter, ita ut accurata disciplinâ, congruente educatione & assuetatione emendari possit D. Tob. Wagner. Astrol. Genethl. pag. 122.

*VII. Est in potestate hominis, suos moderari affectus.*

Non quoad primos motus subreptices, voluntatis consensum antevertentes, qd. sunt naturales, & à naturâ fluunt; sed quoad motus succedaneos, qd. moderati, regi, atque rectæ ratione, ex nō sine difficultate, subjici possunt.

*VIII. Fo.*

VIII. Voluntas habet imperium  
in affectus.

Puta non *imperium herile*, quod omnem reluctandi potestatem excludit; sed *civile*, quod appetitui inferiori aliquam adhuc resistendi facultatem relinquit. *Rachel. disp. Phil. de pœnis th. 12. sqq.*

IX. *Affectus perperam inter judicia vel opiniones recensentur.*

Intellectum hoc volumus non in sensu causali, quō affirmare tenemur, multūm facere ad judicia affectus, imo sēpē plus æquo ad judicia & aestimationes virorum concurrere, adeò ut affectuum & præjudicij nebulas veri judicii radii agrè perrumpant, judice Dn. Lentulo Aul. Tiber. aph. 165. sed in sensu formalī, quo nunquam affectus ad judicia vel opiniones referri possunt.

X. *Inter affectus & rationem gravis datur lucta.*

Intelligitur non lucta naturalis, dependens ratione principii è conditione

E. mate-

materiæ hominis innocentis ante lapsum, quæ nunquam data fuit; sed *affectus seu accidentalis*, competens homini post lapsum, qd. carnis corruptæ infirmitati, & Diaboli suggestionibus locū relinquit. Vid. Dn. Praeceptor *Calovius* scand. tract. Dreier. epist. dedie. nec non *Eiusd. syst. LL. Theoll. tom. 2. c. 7. q. 3.*

*XI. Affectus in appetitu sensitivo sedem suam habent.*

Sermo nobis est non *de affectuum principio vel excitante*, quod sèpiùs est voluntas; vel *dirigente*, quod interdum est mens nostra, quæ affectibus imperat, metam præscribit; sed de eorund. subjecto originaliter & per se recipiente, videlicet de appetitu sensitivo, ut particeps est rationis, à quâ tanquam ab antiquâ in homine dirigitur. *Thom. l.c.q. 22. art 2.3. Lal. Peregr. l.c.c. 2.*

*XII. Amor oritur ex similitudine.*

Valet non de eo, quod per accidens simili contingit, quo modo ex eo odium Iep. ùs ac. 4. dia provenit, qd. simile alteri ratione lucri impedimento effe



esse videtur; sed de eo, quid simile per se & ex se creat, quo respectu similia similibus gaudent, *Plat. de conv.* & *Arist. 7. Magn. Mor. c. 4.*

*XIII. Amor sui est fomes omnium malorum. Plat. de Leg.*

Valet non de amore sui ordinato & amori Dei subordinato, qui in viro probbo reperitur, & origo est omnium officiorum & beneficiorum; sed de inordinato, & amori Dei anteposito, per quem quis nil nisi sua admiratur, nil nisi sua probat, nil nisi sua crepat, teste B. Praeceptore D. Andr. Keslero dissert. de judicio Logico formando.

*XIV. Omnis amor cœcus est.*

Amor scil. (1.) non moderatus & licitus; sed parvum consultus & illicitus: vocatur cœcus (2.) non formaliter, quasi sine omni alliciatur cognitione; sed effectivè, qd. perturbat judicium, rationemque impedit, quo minus sincerum de re ferat judicium, dum pulchra in re amatâ nimis extollit, vitia

E 2.

verò

verò vel non videt, vel extenuat. *Casp.*  
*Ens Magorum lib. I. cap. II.*

*XV. Ex præteriti memoria nos  
lætari possumus. Scal. exerc. 317.  
Sect. I.*

Acquiescit verò lætitia in bono, non  
qt. tanquam præteritum apprehendi-  
tur; sed qt. præsens est istius accepti  
boni recordatio, ex quâ objectum illud  
tanquam præsens amplectitur, *Joh. Ma-  
gir. comm. in Physiol. l. 6. cap. 16.*

*XVI. Cor lætum pro medicinâ.  
Prov. VII. 22.*

Valet non de latitiâ immoderatâ &  
repentinâ, quæ quibusdam mortem at-  
tulit, (quale legitur exemplum in con-  
tinuat. 1. der Leipz. Relat. de anno 1669.  
cap. 6. pag. 64. de Præceptore quodam,  
qui ultra duodecennium Bruxellis ca-  
ptivus fuit detentus, & percepto nun-  
cio de bonitate suæ causæ præ gaudio  
è momento fuit mortuus.) sed de mo-  
deratâ, ex quâ virtus omnes fiunt vege-  
tiores.



tiores. D. Geier. comm. in Prov. Salom.  
c. XVII. 22. add. eund. in c. XV. 13.

*XVII. Desiderium est signum amoris.*

*Amoris scil. non fucati; sed sinceri signum est desiderium, per quod tanquam notius amor manifestatur. Lal. Peregr. cap. unic. de Desider.*

*XVIII. Spes est boni obtentu possibilis.*

*Verum est non tantum de bono verè possibili; sed &c de apparente, quod nobis tale videtur.*

*XIX. Ira est cosfortitudinis. Cic.  
4. Acad. quest.*

*Ira non immoderata & sine ratione concepta. quâ intelligitur ira sola sine animi præsentia, robore corporis & armorum tractandorum peritiâ; sed moderata, & in mediocritate posita, quâ vir fortis non ut Duce, sed ut milite utitur, i. e. expositore Philosopho l. 4. Eth. Nic. c. 5. non nisi de causis, & quomodo, & quando, & quousque*

E 3 . . . opor-



oportet, irascitur. Pharetræ. or. de Nobil. c. i.

**XX. Ira furor brevis est. Horat.**

**L. I. Epist. 2.**

Valet (1.) non de *irâ moderatâ*, & certis suis limitibus circumscrip*tâ*; sed de *immoderatâ* & *præcipiti*, rationis *præscriptum prævertente*, & frenum excutiente, adeò ut homini imperet. (2.) Non de *furore vero*, qui excusat*ur* per *leges*, quat. omnem tollit *rationis usum*; sed de *simulacro furoris*, cui valdè similis est, unde quoque non excusat*ur*, quia cum *ratione*, et si *pravâ*, peccatur. *Thom. I. c. q. 48. art. 3.*

**XXI. Omnis ira finis est ultio.**

*Ultio hæc non semper est destructiva*, ita ut tendat in aliorum malum; sed interdum est *salvativa*, dirigiturq; in illorum bonum, ut emendentur, & à peccato sibi deinceps caveant.

**XXII. Odium oritur ex judicio mali.**

Mali



Mali scil. non solum veri; sed & ap-  
parentis. Thom. l.c. q. 29. art. 1.

*XXIII. Nemo odio semetipsum  
prosequitur.*

Valet non de eo, quod per accidentem  
& consequenter fieri solet, quo modo  
aliquis seipsum odiisse potest, suam sa-  
lutem impediendo & auferendo; sed  
de eo, quod per se & directè fieri con-  
suevit, quâ ratione nullus unquam  
suam ipsius carnem odio habuit, teste  
Paulo ep. ad Ephes. cap. V. 29. Vid.  
Thom. l.c. art. 4.

*XXIV. Audacia non est culpa-  
bilis.*

Audacia scil. non qt. est habitus vi-  
tiosus, recedens à rationis ordine, qui  
fortitudini ut alterum extremorum  
objicitur; sed qt. simpliciter vel est af-  
fectus seu mores appetitus sensitivi in  
objectum terribile; vel qt. est modera-  
ta & consulta confidentia, sine quâ vires  
actionesque nostræ omnes languent.

*XXV. Timor quidam sine vitiō  
esse potest.*

Intelligitur (1.) timor non immoderatus, dubitationis & diffidentiae, qui vituperio dignus; sed moderatus, cautelis & solicitudinis, de quo verum est illud vulgare: Qui pavet, caveret; qui negligit, peribit. (2.) Timor non ex quovis natu objecto, quod est vel secundum vel infra hominem; sed quod est supra hominem, ita ut aliquid supra vel contra naturae cursum ex insperato eveniat. B. Kesler. exerc. natal. pr. observ. Eth. 5.

*XXVI. Metus recta consilia tur-  
bat.*

Valet non de metu modico seu remissiori; sed de magno & intenſiori, quo dubia redduntur trepidantium consilia, atque modò huc, modò illud fluctuant.

*XXVII. Spiritus tristis exſiccat  
osſa, Prov. XVII. 22.*

Verum est non de tristitia remissiori  
& mo-

& modicâ ; sed de vehementiori & dis-  
turnâ, quâ, docente Menandro , majus  
malum non est in hominis naturâ ,  
Thom. l.c. q.37. art.4. Dn. Geier.l.c.  
B. Præceptor Sperling. Zoolog. Phys.  
c.21.q.1.

*XXVIII. Invidia melior est com-  
miseratione.*

Non per se & ratione sui, qt. invidia  
est affectus pessimus , commiseratio  
verò suo modo laudabilis ; sed per  
*accidens*, & quidem ratione bonorum  
objectorum , cum quibus est compli-  
cata, qt. vidi. nemini invidetur, nisi bo-  
no, propter bona eximia, quæ comi-  
tem habent invidiam: contrà verò ad  
commiserationem quis movetur in  
aliorum calamitatibus , unde prover-  
biū ortum : Es sehn besser zehn  
Meider / als ein Kläger.

*XXIX. Invidia omnium pertur-  
bationum justissima & injustissima  
est Nazianz.in orat.de cathed.*

Non tamen uno, sed diverso modo,  
E 5 ita,



ita, ut dicatur justissima, q̄t. p̄enam sumit de invido, quem exedit & consumit; iniquissima, q̄t. se armat adversus bonos, quibus invidetur. Neand. Spiegel der Mißgunst. cap. 13.

*XXX. Desperatio gignit fortitudinem.*

Sermo nobis est (1.) non tam de desperatione viciosa, orta potissimum ex eo, quod quis delictorum veniam neutquam expectet; quam de mediâ, prognata ex eo, quod difficultates bonum desideratum circumstantes vinci haud posse videantur. (2.) Non tam de fortitudine verâ, ex certo animi proposito atque consilio profecta; quam de apparente, ex impetu & motu animi temerario profluens, ex quâ, judice Vernulae Inst. Mor. l. 2. tit. 9. cap. 4. plerumque securitas enascitur, dum metus in stuporem atomitum abit.



SECTIO





## SECTIO II.

*De*VIRTUTIBUS  
IN SPECIE.

CAPVT PRIMVM.

*De*

## FORTITUDINE.

¶. JOHANNE FRIDERICO Winterny  
*Wormatiensi.*

**Q**uando vir bonus varia humani generis intuetur mala, quæ cilibet facile evenire possunt, illius est, cogitare de medio, quo adversa ejusmodi & honestè aggredi, & decenter tolerare valeat. Fortius autem dari potest nullum, præter animum FORTITUDINE armatum, quo quævis mala superari queunt: *Data enim est*  
*bac*



hæc virtus, ut honestarum actionum impedimenta ex periculis & malis hujus vita occurrentia removeantur, ne ab honesto propter illa recedamus, docente Vernulao Inst. Mor. l. 3. c. 1. Expeditâ g. generali de Virtute Morali doctrinâ, Fortitudinem juxta dictum Philosophi ab initio repræsentabimus, quæam ita definimus :

FORTITUDO est virtus, mediocritatem servans circa ea, quæ metum aut fiduciam animo afferre possunt in adeundis & preferendis laboribus & periculis, honestatis & publicæ utilitatis gratiâ. 3. Ethic. Nic. cap. 6. & 7. Hoc nomine fortes prædicantur MILTIADES & THEMISTOCLES, quorum ille in pugnâ Marathoniâ, hic in bello navalit totam Graciam à jugo Persico liberavit. Similiter DAVID, cuius fortitudo universorum Israëlitarum fuit victoria. I. Sam. XVII.

Dividitur hæc in togatam & sagittam.

TOGATA est, quâ homines tempore



pore pacis mala quotidiana fortiter aggrediuntur & sustinent.

Estque duplex, vel domestica, vel politica.

**D O M E S T I C A** est, quâ privatus in adversis prosperisque rebus animum præstat immotum: *Exemplum probuit fortissimus in patientia theatro Athleta & OBVS, qui omnibus fortunæ bonis exutus, gratias tamen persolvit Domino, qui dedit, qui idem abstulit.* B. Dannhavv in Theol. Conf. tom. 1. part. Hist. sect. 2. pathol. art 7.

**P O L I T I C A** est, quâ quis Reipublicæ causâ varos labores & pericula suscipit: *Exemplum huius luculentum representat CICERO, qui Catilinæ furoribus masculè obstitit, eos oppressit, imò in exilium propterea à Clodio pulsus, omnes inde subortas calamitates fortiter sustinuit.* Cic. Orat. Catil.

**S A G A T A** (sive bellica) est, quâ vir fortis belli non tantum pericula strenue aggreditur, sed & pro Reipubl. salute ipsam mortem honestè subire  
non

non dubitat. 3. Eth. Nic. 9. Exemplum  
hujus virtutis adducitur ALEXAN-  
DER, cui virtus MAGNI cognomen  
fecit, de quo legitur, quod cum nullo un-  
quam hoste congressus sit, quem non vi-  
cerit; quod nullam obsederit urbem,  
quam non expugnabit; quod nullam  
adierit gentem, quam non conculcabit.  
Plut. & Curt de reb. Alex.

Extrema fortitudinis sunt in excessu  
audacia, in defectu timiditas.

AUDACIA est vitium, quo quis  
modum in terribilibus confidendo ex-  
cedit. 3. Eth. Nic. 7. Cujus exemplum  
prabent TERENTIVS VARRO  
& FLAMINIVS, quorum hic ad  
Thrasymenum, ille ad Cannas, dum  
Hannibalem iam tum cervicibus suis  
impudentem, alio pra se spiritu despi-  
ciunt, & nimium viribus suis fidunt,  
rem Romanam penè funditus subvertere.  
Ponsan. de bell. fort.

TIMIDITAS est vitium, quo  
quis in terribilibus confidendo defi-  
cit. 3. Ethic. Nic. 7. Hoc abjecti prorsus  
animi

animi vitio insignis fuit **N E R V A**  
 Romanorum Imperator, qui adeò Do-  
 mitianum reformidasse scribitur, ut et-  
 iam post mortem ad sermonem de eo fa-  
 Etum omnibus contremuerit artibus.  
 Item **R H E G Y N I** tam ignavi in bello  
 fuere, ut etiam in proverbium abierit,  
**Rbegynis timidior.** Scheurl de fortit.

Præter hanc veram fortitudinem  
 datur adhuc **apparens**, quâ specioso  
 fortitudinis titulo seu schemate ad pe-  
 ricula subeunda impellimur.

Estque potissimum quintuplex:  
 Civilis, experimentalis, iracunda, fidu-  
 ciaria & inscia. 3. Eth. Nic. 8.

**C I V I L I S** (seu politica & legalis)  
 est, quam leges Reip. cujusd. à civibus  
 suis, in defendendâ patriâ, propositis  
 præmiis & pænis, requirunt. **Hanc in**  
 militum animis excitare voluerunt  
**G E R M A N I**, quando, qui scutum in  
 prælio amisissent, vel superstite Duce ex  
 acie recessissent, infames per totam vitam  
 habuere & eosd. neque ad sacra, neque  
 ad consilia publica admiserunt. Tac. de  
 mor.



*mor. Germ.* Hac motus fuit **HECTOR**, cùm provocatus ab Achille, congregati cum eo maluerit; quām in urbem ſe recipere, ne in eam reverſus à Polydaman te convitiis ac probris, quaſi fugiens, exciperetur. *Homer. Iliad. 22.* Hac **DIO-MEDEM**, ad ineundum cum Hector re pralium, instigavit, ne Hector haberet, unde, ſe Diomedem in fugam conjeſſe, posset gloriari. *Homer. Iliad. 8.* *Giphan. comm. in 3. Eth Nic. 8.*

**EXPERIMENTALIS** (ſeu militaris) est, quæ milites ob peritiam rei militaris in periculis adeundis efficit animosos. *Exemplo* hujus ſunt plerunque **MILITES VETERANI**, qui ſapientia pugnae interfuerunt: quorsum referunt **MILITES ALEXANDRI** M. qui tyrocinio ſub patre deposito, militie periti, non raro exiguâ manu plura hostium millia ſuperaverunt.

**FIDUCIARIA** (ſeu in ſpe colloca ta) est, quæ hominem ob ſpem vitoriae, aut evaſionis, vel ob extero rum præſidiorum fiduciam facit intrepidum.

pidum. Fortitudinis hujus specimen edit  
dit *GOLIATHVS I. Samuel. XVII.*  
*RABSACES Satrapa Assyriacus.*  
*Il. Reg. XVIII.* Huc referimus *Eistos*,  
qui artibus magicis stuporem membris  
suis inferre satagunt, ira, ut vulnerari  
non possint, nec vulnerati dolorem sen-  
tiant. *B. Andr Kesler. in exeg. Cath. min.*  
*Luth. prac. 2. de reb. mag. qu. pr. 2.*

*IRACUNDA* est, quam ira vel  
odium ad explendam vindictæ cupiditi-  
atem sine certo consilio excitat. Ta-  
lem fortitudinem *BARBARORVM*  
esse, Aristoteles in *Eudemius* afferit.  
Hucque pertinent *PVGNACES* &  
*AVDACVL* illi, qui iræ furore glo-  
riave inanis cupiditate accensi ad duellæ  
precipites ruunt.

*INSCIA* (stolida & rustica) est,  
quæ ex periculi ignorantia proficiuntur.  
*Philosophus exemplum ARGIVORVM* adducit, qui putantes, se in-  
cidisse in Syconios, fortiter pugnarunt  
initio, postquam autem intellexerunt,  
hostes non esse Syconios, sed Lacedemo-  
nios,



nios, in fugam conversi sunt 3. Eth. Nic. 8.  
**Et hoc utrumque plurimam laborant NOVITII MILITES**, qui nescientes  
 bellorum infinitas molestias, tam alacri  
 animo sapè militiam adeunt, ac si ad sal-  
 rationes vaderent. Gol. Eth. lib. 3. cap. 8.

### A X I O M A T A.

**I. Fortitudo hominem Christianum non dedecet.**

Valet non de fortitudine tantum to-  
 gata, quæ locum habet pacis tempore;  
 sed & de sagata, quæ tempore belli  
 hominem intrepidum reddit. [ De  
 hac intelligendum illud Augustini de  
 Davide encomium: *Noli existimare,*  
*neminem Deo placere, qui armis bellicis*  
*ministrat: in his erat sanctus David, cui*  
*Deus magnum testimonium perhibuit.* ]

**II. Fortitudo versatur (in genere)**  
 circa mala. 3. Eth. Nic. 6.

Puta non mala turpia, &c cum infa-  
 miâ conjuncta, quæ maximè refugit  
 vir fortis, nisi improbus & impudens  
 velit

velit haberi; sed tristia, cum dolore  
conjuncta, & propriâ culpâ minimè  
contracta, ita ut prætermetitum ali-  
cui contingant.

*III. Fortitudo versatur circiter  
ribilia. 3 Eth. Nic. 6 & 9.*

Loquitur (1.) non de *objeto interno*, quod sunt affectus timoris & fiduciæ in homine moderandi; sed de *externo*, quod sunt res ipsæ, quæ metum & confidentiam asserre possunt. (2.) Non de *objeto secundario*, quod sunt fiduciaria, quæ sunt secundum hominem, qualia dicuntur auxilia, quæ hominem etiam Ethnicum in rebus periculosis confidentem reddere possunt; sed de *primario*. (3.) Non de *formidabilibus*, quæ sunt *supra hominem*, quæ majora sunt, quam ut ab homine sustineri queant; sed de his, quæ sunt secundum hominem, quæ suo modo ab homine cordato superari possunt.

*IV. For-*



*IV. Fortitudo versatur (in specie)  
circa mortem. 3. Eth. Nic. 6. & 9.*

Non tamen circa mortem quamlibet, vel naturalem, vel violentam, vel fortuitam; sed circa bellicam necessariò pro Republicâ subeundam, quæ salutatur difficillima ob certamen, pulcherrima ob decorum, celeberrima ob famam, honestissima ob causam, patriæ scil. religionis, libertatis &c. defensionem. Thom. 2. sec. q. 123. art. 4. & 5.

*V. Mortem vir fortis adit.*

Adit non secundùm intentionem, quasi eand. simpliciter vel optet, vel plenâ voluntate ipsam quasi arripiat; quandoquidem illius est, sperare etiam ex difficillimis salutarem exitum, monitore Gaffendo Oper. Phil. tom. 3. part. phil. 3. cap. 21. sed præter intentionem, qt. ita intrepidè pugnat, ut, si necessitas mori jubeat, ille potius eligat, cum Reip. ac Ecclesiæ salute interire, quam cum privato suo commodo patriæ interitum admittere.

*VI. Mors*

*V I. Mors est omnium terribilium  
terribilissimum. 3. Eth. Nic. 6.*

Valet (1.) non de morte *hominis* temporali *p̄ii*, quem conscientia rectè factorum ita erigit, ut ei mors non sit terribilis; sed *impii*, quem mala vitæ sceleratè transactæ conscientia tortuet. (2.) Neque de morte *hominis* vel spiritualiter considerati, qui cum *Pauſo* desiderat mori, & esse cum Christo, Phil. I. 23. vel moraliter spectati, cui docente *Horatio* l.3. carm. od. 2. dulce & decorum est, pro patriâ mori; sed merè naturaliter sumpti, qui per appetitum sensitivum fertur in sui conservationem, & destructionem aversatur.

*VII. Qui unus in totum hostium  
agmen irruit, fortis non est.*

Pericula enim bellica non debent esse majora; sed fortis viri viribus proportionata, alias qui pericula viribus humanis non propulsabilia aggreditur, is vel heroico movetur instinctu, vel prorsus temerario agitat spiritu.

*VIII. Fa-*



VIII. Facinorosus intrepidè accedens ad supplicium, non est fortis.

Animosus enim ejusmodi non voluntate suâ adductus; sed vi coactus patitur malum turpe ac facinoribus suis dignum.

IX. Conductitii milites fortes non sunt habendi.

In quantum scil. non honestatis & publicæ utilitatis gratiâ; sed tantum stipendii amore, paupertatis fugâ, spe præda, & cupiditate lucri illecti castra sequuntur.

X. Qui nullum timet periculum, sed adit omnia, is non audit fortis.

Fortis se exponit non quibusvis, sed necessariis tantum periculis, in quibus nomini suo famæ celebritatem parare, patriæque & Reipubl. salutem quarere potest.

XI. Qui indurant corpus, verè fortes dicendi non sunt.

Talis enim induratio non honestis & licitis; sed diabolicis & prorsus illicitis actionibus inducitur.

XII.

XII. Qui vulneratus vindictæ cupiditate in hostem ruit, ita ut illum interficiat, non est dicendus fortis.

Siquidem non ob virtutem ita agit, sed ob dolorem, quem ex vulneribus percipit.

XIII. Qui lites abortas duellis dirimere audent, nullo modo fortes sunt.

Loquimur (1.) non de duellis publicis & representativis, quæ ob gloriam DEI & salutem Reip. seu Ecclesiæ suscipiuntur; sed de privatis & vindicatores, quæ leviculis de causis, privato odio & vindictæ cupiditate aggrediuntur. (2.) Non de duellis involuntariis & casualibus, in quæ quis nolens volens contra invasorem procedere trahitur, quæve aliâ viâ declinari non possunt, nisi per defensionem necessariam, quæ juris est naturalis; sed de duellis voluntariis, studioque quæfitis, quibus se quis sponte, ausu temerario & ex destinato extra ultimæ necessitatis.



tatis casum subjicit, aliis justitiæ mediis, quæ suppetunt, protervè rejectis.  
 [ Qualia inter Nobiles quoque per Imperatorem Mattheiam severissimè prohibita esse, docet ex Imperiali sanctione *Cothmannus* cons. 2. n. 223. vol. 5. annotante *Noldenio* tract. de statu Nobil. Civ. c. 16. n. 56. ]

XIV. *Qui manus fibimet inferunt violentas, fortis nomen non merentur.* 3. Eth. Nic. 7.

Non procedit de iis, qui vel *nimia tristitia, melancholia aut delirio præoccupati* necem sibi inferunt, quive ante, quām phrenesis aut melancholia invalluit, *virtuosam egerunt vitā*; ad hos enim se communis regulæ judicium non extendit; sed de his, qui *proprio ansu, plenā voluntate & integrā mente mortem* sibi ipsis concilcunt. [ Huc pertinet, quod scribit *Augustinus* lib. t. de Civ. Dei cap. 26. *Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem spontaneam mortem sibi inferre*



inferre debere, velut fugiendo molestias temporales, ne incidat in perpetuas, neminem propter aliena peccat, ne hoc ipso incipiat habere gravissimum proprium, quem non polluebat alienum; neminem propter peccata sua præterita, propter quæ magis hac vitâ opus est, ut possint pœnitendo sanari; neminem velut desiderio vite melioris, quæ post mortem speratur, quia reos sue mortis post mortem vita non suscipit.]

### XV. Fortitudo est res molesta.

3. Eth. Nic. 9.

Molesta est non propter virtutis habitum, quo fortis excellit; neque propter civitatis bonum, quod querit; neque propter honoris præmium, quod acquirit: ita enim, ut ceteræ virtutes, est jucunda & delectabilis. 3. Ethic. Nic. 9. sed molesta est propter subiectam naturam animalem, quæ mortem abhorret, cui se objicit fortitudo; propter objectam materiam simpliciter frena, quæ mors est & dubia pericula;

F

la;



la; & propter medium, h.e. magnum laborem, quo res arduæ præclaraque facinora ut platiūm perfici solent.

*XVI. Fortitudo cadit etiam in fœminas.*

Nuncupatur quidem fortitudo grācē ἀνδρεία δὲ τῇ τοι ἀνδρὸς à viro, non, quod in solos viros cadat, eisdemque propria sit; [nam & fœminas virtutis hujus capaces esse tum ratio suadet, tum historiæ restantur.] sed quod maximè digna sit sexu virili, in eoque frequentiora edat specimina. Zwingler. volum. 8. l. 1. pag. 2024.

*XVII. Concessum est viro fortis, uti stratagematibus.*

Sermo nobis est non de stratagematis illicitis & malis, illisque occultis consiliis, quæ sunt contra datam fidem, quam servare etiam hosti, partim recta suadet ratio, partim candor quoque postulat atque pietas; sed de licitis & bonis, quæ sine mendacio sunt instituta, atque à perfidia & fraudis suspitione vacua.

*XVIII*

XVIII. Licet viro forti, quandoq;  
adornare fugam.

Loquimur (1.) non de fugâ metus  
seu formidinis, quæ turpis est, & igna-  
viae dedecus adjunctum habet, quæ  
extremum malum est, ut quidem mor-  
ti cum Platone in Alcib. 1. sit æquipa-  
randa; sed de fugâ consilii, quæ Duci  
militari tanquam viro prudenti conve-  
nit, qui in commodius pugnandi tem-  
pus & ad majus bonum publicum in  
eiusmodi casu se reservat.

XIX. Non indecorum est viro  
forti, dolere mortem. 3. Eth. Nic. 9.

Dolet mortem non tam glriosam,  
honestam & Reip. proficuam; quam in-  
glriosam, intempestivam, atque Reip.  
noxiare.

XX. Audacia est fortitudinis si-  
mia.

Non ratione vera convenientiae &  
similitudinis, quandoquidem vir audax  
nec prudenter pericula suscipit, neque



constanter ea perfert; verum periculis  
præter exspectationem ingruentibus  
facile cedit, & in honestam se conjicit  
fugam, ; Ethic. Nic. cap. 7. sed ratione  
fallacis & fucatae imitationis, quâ vir  
audax adire pericula non recusat, ti-  
midus verò vel exigua, vel nulla pro  
patriæ salute aggredi studet. Scheurl.  
exerc. Mor. de Fort. th. 24.

*XXI. Timiditas deterior est au-  
daciâ.*

Non ratione habitus voluntariè sibi  
parati, secundum quem audacili o-  
mnibus modis id agunt, ut fortes vi-  
deantur: contra timidus deterretur  
ab actionibus molestis, adeoque ha-  
bitum suum magis coacte, quam  
sponte acquirit; sed ratione excessus;  
juxta quem timiditas magis à medio,  
fortitudine scil. recedit, ac audacia.

*Dn. Joh. à Felde Elem. Jur. Uaiiv.*

*part. 2. cap. 5. membr. 1.*

*art. 2. n. 1. lqq.*



*CAPVT*





## CAPUT II.

DE  
TEMPERANTIA.

¶. PHILIPPO ANDREA Gieswein/  
Giessa-Hasso.

**E**xpositā Fortitudinis naturā, ad declarationem Temperantiae accedimus, eandemque h. in m. definiimus:

TEMPERANTIA est virtus, mediocritatem servans in expetendis vel fringendis corporis voluptatibus, quæ gustu & tactu percipiuntur. 3. Ethic. Nic. 10. Exemplum virtutis hujus suppeditat CYRVS MAJOR, Persarum Rex, qui vocatus ab hospite, quid in cœnam parari vellat, nihil aliud, respondit, quam panem; nam spero, me prope rivum cœnaturum. Ammian. Marcell. lib. 21. Item ALEXANDER

F 3

MA-



*MAGNVS, qui cùm Darium Regem Persarum vicisset, & uxorem ac filias ejus cepisset, tam sanctè illas habuit, quām si eodem, quo ipse, parente genita forent. Curt. l. 3. c. 12.*

Extrema ejus sunt in excessu intemperantia, in defectu stupiditas. 2. Ethic. Nic. 7. l. 3. cap. II.

**I**N TEMPERANTIA est vitium, quo omnis generis voluptates ex gustu & tactu profluentes, nullâ honestatis ratione habitâ, immoderatè ex petuntur: *Qualis depingitur in PHILOXENO Erixii filio, qui longius sibi guttur quām gruis dari optabat, quo tanto diutius ex ingluvie voluptatem percipere posset. 3. Eth. Nic. 10.*

**S**TUPIDITAS est vitium, quo omnes promiscuè voluptates, etiam honestas & necessarias aspernamur. *Annumerari solet huic vitio DIogenes CYNICVS, de quo circumfertur, illum usque adeò voluptates respuisse, ut pro domicilio usus fuerit do-*

lio & herbis crudis, aquâque vidiit ave-  
rit simplici, omnesque mulieres de arbore  
suspensas esse, in votis habuerit. Laert. in  
vitâ Diog. l.6.

Species temperantiæ sunt frugali-  
tas & castitas.

FRUGALITAS est temperantia, mediocritatem observans in sumendo nutrimento: Luculentum hujus virtutis exemplum prabet PATRIARCHÆ, de quibus sacer Codex. Et VETERES GERMANI, qui cibo simplici, pomis agrestibus, recenti ferâ ac latte concreto, sine apparatu, sine blandimentis famem expellebant. Tacit. de morib. German. cap. 23.

Dividitur hæc pro diversâ nutri-  
menti ratione in abstinentiam & so-  
brietatem.

ABSTINENTIA est frugalitas, quæ in cibo capiendo modum præ-  
scribit: Claruerunt hac virtute L A-  
CONES, apud quos filii, præsertim  
Principum & Magnatum in Parentum  
conspictu parciore utebantur mensâ ut,

F 4 si quid



figurā redoleret, illico à Parentibus & Amicis removeretur. Similiter CHRISTIANI in primitiva Ecclesia. vid. B. Dannhavv. dram. sacr. act. 5. theat. I. His merito adjungimus DANIELLEM, qui cum fociis in captivitate Babylonicae vietu tenuiori ali voluit, & regios cibos contempsit, quod melius precatiōni & studiis vacare posset. Dan. I. 8. sqq. & c. IX. 3.

Extremum ejus in excessu est voracitas, in defectu inedia.

VORACITAS est intemperantia, quā in sumendo cibo modum quis excedit: Exemplum vitii hujus habemus in PHAGONE, qui uno die ante mensam Aureliani Imperatoris aprum integrum, centum panes, vervecem & porcellum comedit. Flav. Vopisc. in Aureliano sub fin. Nec longè hinc abit THEAGENES THASIUS, qui unā vice bovem integrum devoravit. Athen. lib. 7.

INEDIA est vitium, quo nimiam à cibo quis abstinet: Hoc vitium im-

puta-

putatur **CHRYSTPPO**, qui studiis  
ad eò immersus, ut cibi & corporis cure  
prorsus oblitus fuerit. Similiter & **VLIA-**  
**NO SABÆ**, qui intra totam hebdo-  
madem vix semel pane, aqua & sale re-  
fectus fuit. Drexel. part. I. rof. cap. II. de  
jej. & abst.

**S O B R I E T A S** est frugalitas, quæ  
in potu assumendo modum tenet:  
*Exempla* hujus possunt esse **LACE-**  
**DÆMONII**, qui ut ebrietatis tur-  
pitudinem demonstrarent, & liberos suos  
inde deterrerent, servos ebrios in juve-  
num adducebant conspectum, ut hi temu-  
lentorum istorum ridiculas gesticulatio-  
nes invenentes sobrietati diligentius stu-  
derent. Plut.

Extrema habet in excessu ebriosita-  
tem, in defectu nimiam potus aversa-  
tionem.

**E B R I O S I T A S** est intemperantia,  
quæ in sumendo potu modum quis ex-  
cedit: *Exemplum* hujus exhibet **Impe-**  
**rator CLAUDIUS**, qui bibositate  
ad eò insignis fuit, ut nomen ejus **Claudius**

F S

Tibe-



Tiberius Nero in Caldius Biborius. Mer-  
ro apud vulgum pertransierit. Sueton.  
Quælis etiam fuit NOVELLIUS  
TRICONGIVS, sic appellatus, quòd  
tres vini congios uno spiritu haurire non  
sit veritus.

NIMIA POTUS AVERSATIO  
est vitium, quo quis in defectu circa  
potum peccat: Hoc vitium perquam  
est rarum, ideo & proprio nomine caret,  
refertur tamen in historiis prodigiosis à  
Gulartio, de quadam VIRGINE  
Delphis in Belgio nata, quod totos 27.  
annos absque potu, solo casei durioris esu  
se sustentaverit. Aid. comm. in Eth.  
Arist lib.3.

CASITAS est temperantia, quæ  
veneris voluptatibus modum præscri-  
bit: Exemplum hujus virtutis est PENELOPE,  
qua integras viginti annos  
amorem suum erga Ulyssem absentem  
castè & integrè conservavit. Homer.  
Ab eadem virtute commendantur  
SEM & JAPHET, qui ne oculis  
quidens sustinuerunt spectare nudum

Paren.

Parentem Gen. IX. 23. Vid. plur. hac eruditè dedit centem Dn. D. Bebelium, Fau-torem inter præcipuos oolendum Hist. Eccl. Noachi sect. 3. §. 17. Similiter JOSEPHVS, qui ne blanditiis heræ sua assurrexit, sed innocens potius carcerem subire squalidissimum, quam corpus scelere polluere maluit. Gen. XXXIX. 10. sqq.

Extrema hujus virtutis sunt in excessu libido, in defectu nimia venetis deterstatio.

LIBIDO est intemperantia, quā in expetendâ venere modum quis excedit: *Hujus immane exemplum sistic CAMBYSES, qui propriam sororem stupravit. Et ALEXANDER VI. Ponefex Romanus, qui cum Lucretia filiā suā incestum commisit, eandemque filio suo Borgiae conjugem dedit. Nigrin. Papist. inquis. 6. c. 47. Similiter PA-M-PHILIO, Princeps Romanus, de quo Histor. Relat. Lipsiens. ita: Sonst be-lustigte sich der Fürst Pamphilio in einem Hurenhaus nach dem andern*

l. 6.



I.C. cod. in. 24. de an. 1666. mens. Octobr.  
 cap. 5. pag. 58. Tali libidinis prurigine  
 etiam laboravit AMNON, hic enim  
 languorem simulabat, cumque venerit  
 sonor ejus Ihamar, ut ipsam visisaret,  
 Amnon prævalens viribus eam opprescit,  
 Ecce bavit cum eâ. II. Sam. XIII. 14

NIMIA VENERIS DETESTATIO  
 est vitium, quo quis ab omni, etiam li-  
 citâ venere, nimium abstinet: Et hoc  
 extreum caret nomine, quia rarius ac-  
 eedit, exempli tamen loco à quibusdam  
 adducitur DIOGENES CYNICVS,  
 cuius antea facta est mentio. Item  
 ORIGENES, qui ad vitandam ve-  
 nerem se ipsum castravit, Euseb. l. 6. hist.  
 6. 7. amulos hujus faeti habens VALE-  
 SIOS, qui credebant, solis spadonibus  
 patere regnum cœlorum. Claud. Rangol.  
 comm. in l. I. Reg. cap. VIII. 15. p. 1043.  
 Calixt. Tr. de conj. Clen. p. 158. sq.

AXIO-

## AXIOMATA.

I. Temperantia versatur circa  
voluptates.

Valet (1.) non de secundario tem-  
perantiae objecto, ad quod spectant do-  
lores, qd. videlicet voluptatum defectum  
nascuntur; sed de primario. (2.) Non  
de voluptatibus animi, propter quas  
nemo propriè vel temperans vel in-  
temperans dicendus; sed de voluptati-  
bus corporis. (3.) Non de his omnibus, qd.  
minime versatur circa voluptates, quæ  
visu, auditu & olfactu percipiuntur;  
sed de quibusdam, quæ sc. ex gustu &  
tactu capituntur. (4.) Non de iis, circa  
quæ per accidens & indirectè versatur,  
prout videlicet in nobis pravum & in-  
ordinatum excitant appetitum earum  
rerum, quæ visu, olfactu & auditu per-  
cipiuntur; sed de iis, circa quas per se  
& directè occupatur, quales sunt tam-  
tum illæ, quæ excibo, potu & venere  
oriantur.

II. Volu-



*II. Voluptas est causa doloris.*  
*3. Eth. Nic. XI.*

Voluptas absens & expedita est cau-  
sa doloris, quem parit, non positivè,  
qualis ex positione rei adversæ perci-  
pitur; sed negativè, q.t. dolor vel ex  
nimio voluptatis desiderio, vel illius  
privatione oritur.

*III. Voluptas labefactat ani-  
mum.*

Voluptas sc. non pura vel juxta me-  
dium spectata, quæ conservat animum  
hominis, q.t. spiritus vitales in suo tue-  
tur vigore; sed impura, seu supra mo-  
dum & secundum exsuperantiam con-  
siderata.

*IV. Temperantia hostes suos ha-  
bet frenandos.*

Puta hostes non externos, sicut For-  
titudo; sed internos, blandas videlicet  
voluptates, doloresque contrarios,  
mentem ab integritate suâ deturbâtes.

*V. Temperantia competit omni  
etni.*

Yale

Valet non de completo virtutis hujus habitu, qui unicè maturæ & perfectæ ætati competit; sed de affectione ad hanc virtutem, quæ & pueritiæ & adolescentiæ conveniens est.

*VII. Temperantia peculiariter ad vitam prolongandam conducit.*

Deus n. cuvis hominum certum constituit terminum non *ex absoluto & simplici*, omnes causas & causarum respectus *antegresso decreto*; sed *ex ordinato*, habito scil. respectu tam ad causas naturales, quam voluntarias, adeoque ad mediorum ab se præscriptorum sive usum, sive neglectum, vel denique ad aliud quid, quod divinæ ipsius sapientiæ notum est, docente Patrono meo Dn. D. Balth. Mentzero. diss. de term. vitæ c. 2. th. I.

*VIII. In sumendo cibo & potu propria est observanda.*

Non *Arithmetica*, ut eadem cibi & potūs quantitas quibusvis præscribatur;



uit; sed Geometrica, ut cuiuslibet personae tantum concedatur, quantum ad perfectionem naturae ejusdemque substantiationem requiritur.

**VII.** Potest quis sine lesionetemperantia bis per diem comedere.

Vera enim retemperantia non ex coagulationis numero est auctoranda; sed ex ejus moderatione aliarumq; circumstan-  
tiarum observatione est definienda.

**IX.** Qui ex defectu cibi & potius moderatè vivit, non est temperans.

Talis enim non ex electione, sed ne-  
cessitate agit.

**X.** Qui à rebus nonnullis abstinet  
vel naturā, vel morbo, vel voto, non  
est temperans.

Cum & hic non agat ex libertate;  
sed vel naturae necessitate, vel legum ius-  
fir, maximum interim ex carentiā do-  
lorem percipiens.

**XI.** Carnifus est licitus.

Quatenus videlicet esus carnium  
consideratur non per accidens, prout  
vel



vel immoderatè assumitur, vel per legem prohibetur; sed *per se*, quo pacto in N.T. nullus cibus, qui physicè bonus, ethicè est immundus. *B. Chemn.*  
Exam. Conc. Trident. pag.m.787.

### XII. Licitus est vini usus.

Et hoc valet de vino non *per accidens*, ratione abusus; sed *per se & ratione usus* illius considerato. *Chemn. l.c.*

### XIII. Convivia homini virtuosa sunt concessa.

Convivia non immoderata, intempestiva & nimis frequentia, quibus multi ad eam rediguntur paupertatem, ut nefisi quidem sufficere possint, nedum ur publica promovere commoda queant; sed moderata, tempestiva, sobria & frugalia, quæ sancti viri nunquam leguntur aversari.

### XIV. Poculum necessitatis, ut & hilaritatis non est interdictum.

Loquimur non de superfluitatis paeno, quod obruit sensum & intellectum, quodque sèpiùs poculum insaniæ



niam seu furoris sequi solet; sed de pa-  
culo vel necessitatis, quod siti restin-  
guendæ inservit; vel hilaritatis, q.  
est condimentum laborum, expers  
luxus, habetque rationem faculta-  
tum.

XV. Licet bibere in alterius sa-  
lutem.

Valet, si (1.) pocula non sunt immo-  
derata; sed moderata, pro cuiuslibet  
facultate. Si (2.) neque ullus convi-  
varum cogatur cum molestia eadem ex-  
haurire; sed si cuilibet integrum est,  
bibere quantum velit. Neque (3.) eo  
fine, ut eò citius & profundius inebrien-  
tur convivæ; sed in signum reverentia  
& affectus. Kesler. Theol. cas. cons.  
cap. 61.

XVI. Ebrietas in virum quoque  
bonum cadere potest.

Quatenus videlicet notat (1.) non  
habitum ebriositatis vitiosum, & con-  
suetudinem pravam, (qua, judice Au-  
gustino, epist. ad sacr. virg. est flagitio-  
rum



rum omnium mater culparumque materia, radix criminum, origo vitiorum, turbatio capitis, subversio sensus, tempestas linguae, procella corporis, naufragium castitatis, amissio temporis, insania voluntaria, ignominiosus languor, turpitudinemorum, dedecus vite, honestatis infamia, animæ corruptela) sed unum vel alterum ebrietatis actum, qui praeter spem & expectationem, & per imprudentiam, ob cerebri vel imbecillitatem, vel vini & cerevisiæ ignorantiam alicui contingit. Ammersbach. im Philosophischen (quâ inscriptione afficit insigni injuriâ Philosophos, quasi negent, quod actus ebrietatis primum & semel contra conscientiam commissus sit vitiosus, èque regno cœlorum excludat: Rechtius g. im Socinianischen) Sauffmantel.

### XVII. Ebrietas excusat delictum.

Valet (1.) non de ebriositate, quæ delictum juxta legem Pittaci magis aggravat, 2. Pol. c. ult. sed de ebrietate,  
quâ



quā propriè actum intemperantem significat. (2.) Non de ebrietate levè & superficiariâ, quā quis adhuc compos est mentis, ita ut, quid agit, probè noverit; sed de enormi & profundâ, quæ rationis usum extinguit, quæque (non quidem culpam, attamen) dolum in delicto tollit. (3.) Non de ebrietate ex industria & destinato consilio ad male agendum quaesitâ; sed de casuali & involuntariâ, quā quis ex improviso peccare dicitur, illumque facti etiam pœnitit. [Argumentum enim, ait D. Calixtus in Epit. Theol. Mor. pag. 37. facti per ignorantiam certum est pœnitentia, si mox, ubi de facto confiterit, subeat.] Neque (4.) de pœnâ extraordinariâ, à quā ebrius, q. rei illicitæ operam dedit, minimè est immunis; sed de ordinariâ, quæ non nisi ex ratificatione subsequentâ, quatenus videlicet delinquens, ebrietate cessante, de delicto adhuc gloriatur, locum habet, sicut graviter monet Dn. Prieschenck à Lindenhouen, Patronus



nus submissè colendus in diss. de Jure  
aggratiandi pos. XI. §. 288.

*XVIII. Castitas est virtus mo-  
ralis.*

*Castitas scil. non coacta*, quæ minùs  
est tuta, minùs laudata; sed ab omni  
parte spontanea, quæ sincera est, & men-  
tem quoque illibatam servat. *Thom.*  
*I.c.q. 151, art. x.*

*XIX. Castitas in statu matrimo-  
niali locum habere potest.*

*Castitas scil. non virginalis*, quæ est  
mundities animi sine ullo libidinis aestu  
eorum, qui vivunt extra conjugium;  
sed *conjugalis*, quæ est abstinentia à ve-  
neris abuso eorum, qui juxta ordina-  
tionem divinam intra conjugium vi-  
vunt. *D. Paul ab Eizen, Eth. doctr. part.*  
*2.l.5.cap.5.*

*XX. Appetitio concupiscentie cor-  
poris in conjugio qua postatur, non est  
vicioſa.*

*Valeat*



Valet (i.) non de eo, quod aescidit conjugali consuetudini , quā limites conjugalis castitatis negliguntur ; sed de eo , quod ei per se competit , quo modo data est ad hoc, ut impleatur illud : Crescite & multiplicamini, Gen. I.28.

*XXI. Voluptas Veneris licita est.*

Valet non de voluptate Veneris vagâ & turpi, quæ nocet, teste Seneca l.de Vit. Beat. cap. 23. amplexuque suo perdit omnia , judice Antonio à Burgundia, l.c.c.35. sed de moderatâ & honestâ.

*XXII. Virginitas non est castitas.*

Loquor non de virginitate materia liter consideratâ , cuius comes in certis subjectis castitas esse potest & debet; sed de formaliter sumptâ , quæ in immunitate à contactu venereo consistit, qualis personis etiam non-castis, & à venereo contactu illibatis, attamen in appetendâ Venere modum excedentibus inesse potest.

*XXIII.*

*XXIII. Libido non tribui potest  
virginibus aut matronis vi stupratis.*

Violenta enim stupri perpetatio non est *scelus proprium*, dum animus manet impollutus, & voluntas corpore sancte utendi perseverat; sed *crimen alienum*, ipsius sc. stupratoris, hinc malum, quod personae vi stupratæ contra voluntatem patiuntur, mere malum triste est. [ Audiamus hac de re *Augustinum*, qui I.I. de Civ. Dei, cap. 19. Duo, inquit, licet sint, quorum corpora commiscentur, unus tamen saltem est, qui committit stuprum; alterius autem personæ, quæ verè vim patitur, illibata servatur pudicitia & voluntas castissima.]

*XXIV. Lupanaria in Rep. non sunt ferenda.*

*Nova g. lupanaria non tantum sunt prohibenda; sed & vetera, quat. in lege expressè sunt prohibita, quoad fieri potest, prorsus tollenda.*

*XXV. Sib-*



**XXV.** Stupiditas deterior est in temperantia.

Non dico de stupiditate , quod sit communior, quemadmodum est intemperantia, quæ ob hanc causam & longè capitalior pestis dici potest ; sed quod sit deterior , qd. nullis prorsus tangitur voluptribus , ne honestis quidem necessariis , & omnium suffragio permissis.



CAPUT

20. VIII.





## CAPVT. III.

*De*

## LIBERALITATE.

¶. JOHANNE WILHELMO Klinger  
Giessa-Hasso.

**P**Ostquam de Fortitudine & Temperantia egimus, proximum est, ut accedamus ad illas virtutes, quae divitiarum & honorum informant appetitum: Ut sunt Liberalitas, Magnificentia, Modestia & Magnanimitas.

Liberalitatem h. in m. definimus:

LIBERALITAS est virtus, mediocritatem servans in pecunialis modicis dandis & accipiendis. 4. Eth. Nic. 1.  
Clarus hac virtute fuit TITVS VESPASIANVS Imperator, qui in omnes adeo benevolus & liberalis extitit, ut neminem à vuln. suo cruentem dimiserit,

G. rit,

rit, diemque illum perdidisse se opinatus est, quo non aliquid liberalitatis specimen edidisset. C. Sueton. in ejus vita. Didac. Saavedr. in Princ. Christiano-Politico symb. 15. Hunc meritò adjungimus **TOBIAM**, qui quotidie unicuique, prout potuit, de facultatibus suis divisit, esurientes aluit, nudisque vestimenta prebuit, & mortuis atque occisis sepulturam solitus exhibuit. Tob. I. 19. 20.

Extremum liberalitatis in excessu est prodigalitas, in defectu avaritia.

**P R O D I G A L I T A S** est vitium in dandis pecuniis modum excedens. 4 Eth. Nic. i. **T A L I S f u i t D E M A D E S** Orator, qui licet tantum valeret opibus, nihil sibi deesse ipsem feceretur, easnam per libidinem ita perdidit, ut civitate ejectus, non haberet, unde impostam ab Atheniensibus multam solueret. Plutarch.

Prodigalitas est duplex, simplex & mixta. Arist. l.c.

**S I M P L E X** est, quæ excedit tantum in dando.

**M I X T A**

**MIXTA** est , quæ in dando & in accipiendo modum excedit.

**A V A R I T I A** est vitium in dando deficiens. 4.Ethic.Nic.1. Huc adduci solet **E V C L I O** ille Plantinus , qui aquam plorabat effundere, & unguium præsemina è tonstrinâ domum referebat: Unde per synecdochen speciei **E n c l o n e m** appellamus, cui avaritiam exprobramus. Plant.in Aulular.act.2. sc.2.

Avaritia est in triplici differentiâ.  
4. Ethic.Nic.1.

Alia vocatur **T E N A C I T A S**, quæ deficit tantum in dando, in accipiendo vero non peccat : Quo nomine **N A B A L** male audit in saoris. *I.Samuel. XXV. 10.*

**Q U A S T U S T U R P I S** dicitur alia, quæ excedit tantum in accipiendo, non autem deficit in dando : Quod vitium se in **F I L I I S S A M V E L I S** exhibet, cum improbè jura detorquerent in partes ejus, à quo muneribus exsatirarentur. *I.Samuel. VIII. 3.*

Alia est **A V A R I T I A** strictè dicta,

G 2

quæ



quæ in dando deficit, & in accipiendo modum excedit: *Hujus vitii Ecclesiæ Orientales quondam accusarunt PONTIFICEM ROMANVM*, unde sic scribunt: *Avaritiam tuam satiare non valemus.* *Isto imprimis infamis fuit INNOCENTIVS IV.* qui Anglo-rum Ecclesiæ avaritiâ incitatus exactiō-nibus planè intolerabilibus per Legatos suos vexabat, & pro aureis nummis omne luxuriarum genus in Clero defen-debat. *Nigr. tract. de legis implet. cap. 12. membr. 2.* *Insuper adhuc estimatur, quod ex urbe Roma PAPA ultra triginta millia coronatorum pro lactis censu, quem vulgo vocane, den Milch-Zins oder Huren-Zoll/ à scortis annuatim in fiscum suum recipiat.* *Hasenmüll.* in hist. jes. Ord. cap. 10. *Imò quid aliud purgatorium est, quam rete, quo Pontifex pecuniam ancupatur.* *Vid. Felvwing.* ancupium pecuniae contra Joh. Theoph. Klibniz, impr. th. 28 pag. 20.

AXIO-

A X I O M A T A.

I. Liberalitas versatur circa τὴν  
χειρατεῖαν. 4. Eth. Nic. 1.

Nomine autem χειρατεῖαν hīc non  
tantum more vulgi intelliguntur num-  
mi signati, quorum in emptione & ven-  
ditione usus est ; sed omnes reliquæ  
quoque opes, possessiones & res, quarum  
precium pecuniā aestimari solet, die dat  
sehn Geld und Geldes wehrt / sicut &  
ipse Philosophus l.c. testatur.

II. Liberalitas exercenda est erga  
dignos, non improbos. 4. Eth. Nic. 2.

Verum est non de illis improbis, qui  
sunt extremitate indigentes, & cum magnis  
calamitatibus conflictantur, & in quibus  
spes emendationis eluceat, quibus ma-  
xime propter egestatem, & quam no-  
biscum communem habent, humani-  
tatem subveniendum ; sed de istis, qui  
sunt validi & robusti, nec indigent nostro  
auxilio ; contumaces, ita ut non cogitent  
de melioratione, asq; Reipublicæ exitiosi.

G 3

[Non



[Non male g. Senec. de vit. beat. Lun. c. 23. Dives, inquit, donabit aue bonis, aue eis, quos facere poterit bonos. Donabit cum summo consilio, dignissimos eligens, ut quis meminerit, tam expensorum, quam acceptorum rationem esse reddendam. Donabit ex rectâ & probabile causâ.

**III.** Munus liberalitatis consistit  
en dando & accipiendo.

Dicitur vir bonus accipiendo libe-  
lis non primariò, quia difficilius &  
beatus est dare, quam accipere, Act.  
XX. 35. sed secundariò: qt. videlicet  
debito modo & salvâ conscientiâ ac-  
cipit.

**IV.** Beneficia liberalitatis hilari  
fronte sunt eroganda. II. Corinth. IX.  
7. 4. Eth. Nic. 1.

Actio enim liberalis non tantum ex  
copiâ, multitudine, magnitudine & pre-  
cio donorum; sed potissimum ex habitu  
sen

sen animo & voluntate dantis, resti-  
manda est. Senec.l.i.de Benef.c.7.& 3.  
[Unde qui minora dat ex minoribus  
facultatibus animo liberali & prom-  
pto, liberalior est eo, qui plura dat ex  
facultatibus majoribus animo non ita  
prompto, exemplo Videlæ minuta duo  
in pauperum æratium conjicientis,  
quam Christus ipse plus, quam cæte-  
ros omnes, immisso affirmat, Luc.  
XXI.2.sqq.]

V. Liberalitas modum non ex-  
cedit.

Valet, quatenus homo liberalis re-  
spicit non tantum personæ accipientis  
necessitatem & dignitatem, ut ei, qui  
eget & dignus est pluribus, plura det;  
sed & dantis facultatem, ne donorum  
multitudo excedat opum vires, easque  
exhauriat, atque fons dantis exarescat.  
[Cavendum est, ait Cicero, ne benignitas  
major sit, quam facultates: nam qui ni-  
mium dant, hi tandem dilabuntur in  
prodigalitatem, & rediguntur ad egesta-  
tem, ita ut postea non amplius habeant.

G 4      unde



unde vel sibi ipsis, vel aliis possint bene-  
facere. Atque hoc D. Paulus etiam  
II. Corinth. VIII. 13. inculcat, ita sc. lar-  
giendum esse, ne aliis beneficentia nostra  
sit relaxatio, nobis autem afflictio.]

V I. Liberalitas ipsam honesta-  
tem sibi habet præfixam. 4. Ethic.  
Nic. I.

Dandum ergo est non inanis ostend-  
ationis, vel vanæ gloria studio, ut Pha-  
riæ, Matth. VI. 2. non majoris commo-  
di aut questus gratiâ, non captandi fa-  
voris, vel causa in judicio obvnienda er-  
go: neque molestia, quæ à flagitatori-  
bus creatur, depellenda causâ, Luc.  
XVIII. 5. sed solius virtutis, honesta-  
tis & sublevanda aliorum egestatis de-  
derio.

VII. Liberalis rem suam fami-  
liarem promovere studet. 4. Ethic.  
Nic. I.

Non artibus inquis, sed honestis &  
licitis mediis, sine anxietate, sine quere-  
lâ ac injuriâ, ut loquitur Pastorius in  
Char.

Char. Virt. p. 29. eo maximè sine, ut ipsemet habeat, unde se suosque sustentare, aliis verò tempore necessitatis benignè facere possit: siquidem cessat fontis defluxus, nisi ex alterâ parte adfit effluxus, sicut docet B. Gerhard. LL. CC. tom. 6. de Mag. Pol. th. 240.

*VIII. Liberalis non est petax.  
Arist. l.c.*

Si quid tamen petit, petat non arroganter & calumniosè vel ante laborem; sed humiliter & verecundè, præsertim post laborem exantatum, nisi vel paetum, vel consuetudo, vel necessitas posturlet. Eustrat. comm. in l. 4. Mor. Arist. c. I.

*IX. Pauper etiam liberalis esse potest.*

Valet non tantum de pauperis affectu, qualem dari posse in extreme egente, nemo facile negabit; [Nunquam enim, teste Cicerone, vacua est manus à munere, si arca cordis repleta est bona voluntate.] sed &c de ejusd.

G, effe-



effectu, quatenus is, qui ne obulum possidet, sponte & liberè sua defert officia & servitia, quæ nummis metiri solent.

X. Liberalis largitur de bonis propriis, non alienis. 4 Eth. Nic. I.

Verum est non de hoc casu, ubi legitimi Domini adest consensus; sed de isto, quo quis, Domino invito, aliena distribuit.

XI. Si bene quid facias, facias citò.

Non tardè beneficia procrastinemus; sed citò & tempestivè demus, sæpius etiam, priusquam aures vellicentur, manus auxiliatrices offeramus, tritici memores: Bis dat, qui citò dat.  
[Ingratum enim est, ait Seneca l. 2. de Benef. beneficium, quod diu inter manudantis habet, quod quis agrè dimittere visum est, & sic dare, tanquam eripetur. Gratissima autem sunt beneficia parata, facilita, occurrentia, ubi nulla mora fuit, nisi in accipientis verecundia.]

XII. Be-

XII. Beneficia loco solitario sunt  
eroganda.

Loquimur non de iis, quæ honoris gratiâ publicè & palam tanquam virtutis præmia distribuuntur, quæ offerri citra verecundiam accipientis possunt; sed de iis, quæ pauperibus necessitatibus & indigentia sublevanda causâ exhibentur, quæ tacitè & privatim conferantur. [ Hac in re notatum dignum est Seneca monitum, quod habetur l.c. c.9. Precipiunt, inquit, omnes autores sapientie, quædam beneficia palam danda, quædam secretò. Palam, quæ consequi gloriosum est, ut præmia. Cetera, quæ honestiorem accipientem non faciunt, sed occurrunt infirmitati, egestati, ignominia, tacitè dandasunt. Ita, ut rursus legitur apud Senec. l.c.c. 10. Arcesilaus amico dissimulanti paupertatem, sacculum ere plenum ignorantis sub pulvinum reposuit, ut homo utiliter verecundus, quod desiderabat, inveniret posse, quam acciperet. ]

XIII. Be-



*XIII. Beneficia non sunt expro-  
branda. Syr.XLI. 28.*

Valet non de beneficiis, quæ colla-  
ta sunt in *insigniter ingratis*, qui vel  
negant, se beneficia accepisse, veldissi-  
mulant ac contemnunt, quibus rectè  
exprobantur; sed de illis, quæ ero-  
gata sunt in *gratis*, quales sunt, qui be-  
neficia haec tenus vel grato agnoverunt  
animo; vel qui jam resipiscunt, & be-  
neficia ante oblata in memoriam revo-  
cant.

*XIV. Beneficia aliis praefita non  
sunt commemoranda.*

Procedit non de *personâ accipientis*,  
quam accepti beneficij meminisse, id-  
que magnificere oportet; sed de *per-  
sonâ dantis*, quæ sit oblivious, & collati  
beneficij immemor. *Senec. l.7. de be-  
nef. cap.22.*

*XV. Avaritia est malum incu-  
rabile. 4. Eth. Nic. I.*

Non *absolutè*, alias à vitii naturâ  
esset alienum; sed *respectivè*, ratione  
perfe-

perfectioris ætatis , & quatenus pro-  
gressu temporis in subiecto suo altissi-  
mas egit radices. *Franc. Guicciard. hy-  
pomn. Pol. 35.*

*XVI. Avaritia est radix omni-  
um malorum. I.Timoth. VI. 10.*

Non ex se & per se, quasi mala ne-  
cessariò & semper eam comitentur;  
sed ex accidente, dum, quicquid mali  
speciem refert, interdum ex eâ con-  
tingit subortiri, adeò ut non malè, *Ubi  
hoc, dicat Mercurius Allemanicus, ori-  
tur virus, moritur omnis virtus.* [Hūc  
refertur illud *Augustini* serm. 48. ad  
Frates in eremo : *Avaritia, dicentis,*  
*est radix omnium malorum, servitus*  
*idolatria, mater usuræ, genitrix Sime-  
nia, fomes culpæ, aeterna pœna via, ma-  
trix gehenna &c.]*

*XVII. Avaro tam deest, quod  
habet, quam quod non habet. Hiero-  
nym. ad rusticum Monachum.*

Intellige terminum deesse non de  
privations opum & divitiarum, alias  
minus



minus recte avarus & in mediis divitiis pauper diceretur à *Pastorio* l.c. p.30. sed partim deordinata & inexplicibili appetitu ; partim de negatione eratationis honestæ & legitimi divitium usus, in quo earundem vera consistit ratio, quam cum negligant divites avari, hinc dimittuntur inanes. *Luc. I. 53.*

*XVIII. Prodigus furioso aequiparatur.*

Non simpliciter, quoad delictorum maximè in faciendo consistentium coercitionem , quatenus in delictis dolii capax est, & nolle & velle habere perspicitur; sed secundum quid, nimirum quoad contractus, & alienationes, & bonorum administrationem , quatenus neque finem, neque tempus, aliasque circumstantias expensarum observat.

*XIX. Avaritia est deterior prodigalitate. 4. Eth. Nic. I.*


Sermo nobis non est de prodigalitate compedita, alis que vice contaminata, quâ

quâ quis bonis suis exhaustis, in alienas possessiones picatam mittere mantum non dubitat; sed *de simplici*, quâ quis temerè suas facultates profundit, sine ullâ spe receptionis, imò & quibusdam quandoque benefacit, avarus verò ex intentione sui vel planè non, vel difficulter. *Thom.l.c.q.119.art.3.* [Avarus enim Deo derinet debita, proximo dengat necessaria, sibi subtrahit opportuna. *Deo ingratus, proximo iniquus, sibi crudelis, judice D. Anton. à Burgundiâ in mundi Lap.lyd.c.27.*

p.117.]



CAPUT



CAPUT IV.  
DE  
MAGNIFICENTIA.

Ex. GEORGIO HENRICO Schröderi  
Darmstato-Rhenano.

**L**iberalitatem apud Philosophum  
excipit Magnificentia, quam h. in  
m. placet definire:

MAGNIFICENTIA est virtus  
in sumptibus magnis decorè faciendis  
mediocritatem servans. 4. Eth. Nic. 2.  
*Hae virtute memoriam nominis sui fecit  
immortalem Rex SALOMON, qui  
in solius DEI honorem molitus est tem-  
plum, quo non extitit unquam angustum.*  
1. Reg. VI. Nec hujus lande defrauden-  
dus est PTOLOMÆVS PHI-  
LADELPHVS Rex Ægyptiorum,  
qui maximis sumptibus instructissimam  
adornavit bibliotecam, qua bello Pom-  
peja-



pejano conflagravit. Gell. l. 6. c. 17. & Dn.  
 Conring. epist. ad L. Bar. à Boineburg. de  
 Bibliothe. Augustâ pag. 18. Idem sacros  
 Hebraorum libros ut adipisceretur ,  
 120000. Iudaæs, qui in Ægypto servie-  
 bant, libertate donavit. Et 70. Interpre-  
 tes ex Iudaâ in Ægyptum accersivit ,  
 qui legem DEI in idioma græcum trans-  
 ferrent, quos amplissimis donatos mune-  
 ribus in Iudaam remisit. Euseb. l. 5. hist.  
 Eccl. Niceph. lib. 4. cap. 14. His meretur  
 adjungi CAROLVS M. cuius sum-  
 ptibus Germania, olim scientiis exculta,  
 bonas artes debet : quippe qui Scholaræ ,  
 Academias, nec non Canonicorum Colle-  
 gia ubique excitavit , in quibus à viris  
 doctis hinc inde conquisitis humaniores  
 literæ juventuti proponerentur. Joh. Jo-  
 ach. Frantz. hist. Carol. M. n. 96. Simi-  
 liter Dn. AVGVSTVS, Dux Brun-  
 suicensium & Lüneburgensium , nunc  
 glorioſissima memoriae, qui non minoribus  
 sumptibus maximè egregiam bibliothe-  
 oam, multitudine librorum cuilibet ve-  
 teris avi præferendam nostro tempore, in

arce



arce Wolfenbüttelensi cum aeternâ nomi-  
nis sui famâ adornavit. Couring. l. c.  
impr. pag. 103.

Extremum hujus in excessu est lu-  
xus, in defectu sorditieſ.

Luxus est vitium, in erogandis  
sumptibus magnis rationem excedens;  
Exemplo famoso est CLEOPATRA,  
qua uno haustu Antonio totam propina-  
vit Egyptum, Macrob. lib. 3. Saturnal.  
cap. 17. Adde CALIGULAM, qui  
ultra sexaginta sex milliones & quin-  
quaginta millia Philipporum in hi-  
striones, equos, gladiatores impendit.  
Sueton. in Calig.

Sorditieſ est vitium, in sum-  
ptibus magnis faciendis indecorè defi-  
ciens. 4. Eth. Nic. 2. Ita ferè infamem  
reddidit sordida hec avaritia MAV-  
RITIVM, qui dum minutissimo pretio  
XII. millia militum Christianorum ca-  
ptivorum redimere decrebat, soto Im-  
perio se exuit. D. Bak expos. Evang. part.  
3. Dom. 3. post Trinit. Similiter HE-  
RAGLIVM, qui debito stipendio Sa-

V. A.C.E.

racenos defraudans, totius Orientis Imperium amisit. Werenberg. disp. Eth. 5. ch. 31. Nec non LVDOVICVM Hungarie Regem, qui ex eadem causâ, quia centum florenos solvere recusavit, Belgradum (Albim regalem alias quam vocant, teste Cluvero Epit. hist. totius mundi p. 570.) perdidit, fides si habenda est Dubravio, referente C.M. in Beschreibung des Königreichs Ungarn p. 258.

## AXIOMATA.

I. Magnificentia excedit libertatem. 4. Eth. Nic. 2.

Non in rebus rationis modo, quem vir prudens, habitu hujus virtutis condecoratus, observare tenetur; sed partim in objecto, quod sunt sumptus maximi, quos facit magnificus; partim quoad ornatus & decoris splendorem, quo inter reliquas excellit virtutes.

II. Pauper non potest esse magnificus. 1. Eth. Nic. 2.

Pax-



*Pauper non quatenus homo est, cum nulla virtus à naturā humanā, quā tali, ita aliena sit, ut huic possit inesse, illi repugnet; sed quatenus pauper est, iisque requisitis, quibus magnificentia sustinetur, destituitur.*

*III. Qui humili aut obscuro constitutus loco, non est magnificus.*  
*4. Eth. Nic. 2.*

Etenim non magni sumptus, ad magnificentiam sufficiunt; sed personae sint illustres, ac vel ex familiā illustri, vel virtute, dignitate & autoritate celebres, ita ut eorum status & conditio operi aliquem possit conciliare splendorem.

*IV. Sumptus magni nisi in res dignas conferantur, non faciunt magnificum.* *4. Eth. Nic. 2.*

Dignitas hæc non venit æstimanda ex nudâ operis quantitate, aut apparentiâ splendoris extrinsecâ, aut ex valore, quem opus apud vulgum habet; sed ex bonitate operis morali, quā magnificum



ficum opus pulcerrimum & decentissimum esse oportet. Thom. l.c.q. 134. art. 3.

*V. Magnificus non in suum, sed in publicum decus sumptuosus est.*

*Arist. l.c.*

Accipiendum hoc est non *absolutè*, quasi scil. *Magnificus curam suarum rerum prorsus abjiciat*; sed *comparatè*, quatenus videlicet potiorē habeat rationem decoris publici, quam privati, quando alterutrum præ altero eligendum venit.

*VI. Opus magnificum est admirabile. Phil. l.c.*

Non quod ejusmodi opus *viribus humanis præstari nequeat*; sed quod nemo iisdem sumptibus *splendidius opus facile efficere valeat.*



CAPYT



C A P V T V.  
DE  
M A G N A N I M I T A T E.  
B. ALEXANDRO HENRICO C R I-  
S T I A N I, G i e s s a - H a s s o.

**H**AETENUS de duabus illis virtutibus, quæ circa sumptus occupantur, egimus: nunc de iis, quæ circa honorem versantur, ejusque appetitum moderantur. Repræsentabimus autem ab initio Magnanimitatem, quam ita definimus:

M A G N A N I M I T A S est virtus in magnis honoribus experendis, & fugiendis mediocritatem servans. 4. Ethic. Nic. 3. 1. Magn. Mor. cap. 23. & 3. Mor. Eud. c. 7. Exempla hujus virtutis occurunt JOSEPH & DANIEL, quorū ille à Pharaone. Gen. XLII. 40. sqq. hic à Rege Belsazare in summum dignitatis

iatis fastigium fuit evectus, Dan. V. 29.  
Item ALEXANDER M. Philippi Fi-  
lius, qui ludoru Olympicorum certamina  
recusavit, nisi Reges haberet adversarios.  
Plutarch. in Alex. & in Reg. Apotheg.  
Zwing. theatr. hum. vit. vol. II. l. I. p. 252.

Extremum ejus in excessu est super-  
bia, in defectu pusillanimitas.

SUPERBIA est vitium in magnis  
honoribus expetendis modum exce-  
dens, Phil. III. ecc. Detestandi hujus  
mali exemplis scatet mundus, eminent  
tamen SENNACHERIB Rex As-  
syriorum in fortitudine sua superbiens,  
H. Reg XVIII. 19. sqq. Esa XXXVI. 4.  
sqq. NEBCADNEZAR eorum-  
dem Rex: Nonne, inquiens, hac est Ba-  
bylon, civitas magna, quam ego adificavi,  
in domum regni, in robore fortitudinis  
meae, & in gloria decoris mei, Dan. IV.  
27. HERODES AGRIPPA,  
qui, Deum se proclamari, lubens admisit,  
Aet. XII. 2. Coniungi possunt DOMI-  
TIANVS Romanorum imperator, quis  
Deus & Dominus appellari voluit. Suet.

in Domit. c. 13. Et ALEXANDER III. Papa, qui, prostrati Friderici Barbarossa collum pedibus comprimens, inflato dixit ore: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Morn. in historia Papatus.

PUSILLANIMITAS est vitium in magnis honoribus expetendis deficiens, Arist. lll. ccc. In hoc vitio perpauci offendunt, quippe paucissimis hac tempestate artium stimuli & virtutum præmia, i.e. honores offeruntur, judice Caso. spec. quest. mor. l. 4. c. 3. Hoc tamen labrassè videtur MOSES, qui diversis subterfugiis munus Ducis sibi à Deo impositum detrectavit, Num. XI. II. sqq. SAVL, qui cum divinâ providentiâ, in Rēgem Israëlitici populi electus esset, ipse, ut hunc subterfugeret honorem post vasa se abscondit. I. Sam. X. 22. DIOCLETIANVS Romanorum Imperator, qui spartam semel suscepitam eurpiter deseruit, & cædio imperii, quod tenebat, vicans privatam agere, quam summis illis honoribus perfrui maluit.

AXIO.



*A X I O M A T A.*

*I. Magnanimitas cadit in hominem Christianum.*

Non in ordine ad Deum, coram quo hominem quemvis se humiliare oportet, I. Pet. V. 5. & Jac. I V. 10 sed in ordine ad homines, coram quibus concessum est magnanimo, in officio eminentiori constituto, virtutem suam in Rep. bene constitutâ exercere, & ob magna merita honores politicos suâ virtute dignos appetere.

*II. Magnanimitas non repugnat humilitati.*

Procedit non in *foro spirituali*, in quo homo suos tenetur agnoscere defectus, atque coram D<sup>E</sup>O confiteri; sed in *foro civili*, in quo Magnanimus ob excellentiam donorum divinorum, & notitiam suorum meritorum in Remp. collatorum dignum se honoribus magnis judicat, eosque tanquam benefactorum præmia convenienter

H desि-



170 De magnanimitate.

desiderat. Thom. 2. sec. q. 129. art. 3.

III. Magnanimitas occupata est circa bonum omnium bonorum maximum. 4. Eth. Nic. 3. & I. Magn. Mor. c. 2.

Sermo nobis est non de bonis internis, quo sensu vitae virtuosæ summus debetur locus; sed de externis, respectu quorum nihil videtur majus esse honore, qui ipsi Deo tribuitur, & iis, qui Dei vices in terris gerunt, & in dignitate sunt constituti. Arist. l. c. Thom. l. c. art. 2.

IV. Magnanimus magnum appetit honorem. 4. Eth. Nic. 3.

Verum est (1.) non de honore falso & indebito, vitiosis saepius ab hominibus malis & imperitis oblato; sed de vero & promerito, a viris probis, claris & peritis, qui virtutem estimare valent, optimè meritis collato [Ea enim, ait Cicero in epist. ad Catonem l. 15. ep. 6. profectò jucunda laus est, qua proficitur ab iis, qui & ipsi in laude vixerunt.]

runt.] (2.) Non de appetitu immoderato & nimis cupido, quô vel majorem honorem, quam virtuti nostræ convenit, affectamus, vel illum tanquam ultimum nostrorum laborum finem efflagitamus; sed de moderato & ordinato, quo honorem eximium decenter tanquam debitum virtutis præcellentis præmium, & luculentum rerum præclarè gestarum testimonium, quô interna animi bona siant illustriora, desideramus.

*V. Magnanimo adest, quicquid in unaquaque virtute eximium est.*  
4. Eth. Nic. 3.

Valet de viro Magnanimo, non qt. modo quodam peculiari versatur *circa formale, proprium & speciale* hujus virtutis *objectum*, quod est actus honorabilis, in quantum illum honor comitatur; sed quatenus generali quâdam ratione occupatus est *circa objectum materiale, remotum & commune omnium virtutum*, quâ excellentiam  
H 2 singu-



singularem sibi habent junctam,  
*Arist.* 3. *Mor.* *Eud.* 7. *Thom.* l.c.  
 art. 4.

*VII. Magnanimus non amat pericula. Phil. l.c.*

Procedit non de periculis magnis,  
*honestis, necessariis & gloriofis*, in quibus  
 animi sui magnitudinem cum honore  
 atque aliorum utilitate declarare pot-  
 est ; sed de parvis, crebrioribus &  
*mīnūs gloriofis*, in quibus virtutis actio  
 magnoperè effulgere minimè folet.

*VIII. Magnanimus corporis voluptates non magnifacit.*

Verum est non simpliciter, quasi V.  
 M. omnes corporis voluptates hone-  
 stas & necessarias respuat ; sed secun-  
 dum quid, quatenus contentus dele-  
 tatione animi honestâ istas tanti vix  
 habet, ut propter eas aliquid dignitati  
 suæ contrarium admittat.

*VIII. Magnanimus contemnit fortuna bona. 4. Eth. Nic. 3. & 3. Mor.  
 Eud. 7.*

Non

Non *absolutè* & *quocunque modo*,  
quasi fortunæ bona , veluti rerum  
præclarè gerendarum instrumenta, in  
totum repudiet ; sed *comparatè*, quate-  
nus in eorum gratiam nunquam ali-  
quid, *authoritate suâ indignum*, com-  
mittit.

*IX. Magnanimus non est invi-  
dus.*

Est enim invidia non *animi magni*  
& *generosi*, qui aliorum florente fortu-  
nâ magis lætari, quam ob eand.contri-  
stari solet ; sed *vilis*, *abjecti* & *servilis*,  
qui undecunque *damnum metuit*.

*X. Magnanimus est immemor be-  
neficiorum. 4. Eth. Nic 3.*

Intellectum hoc volumus non de  
*beneficiis* ab aliis *acceptis*, quorum sane  
(philosophicè loquendo cum *Heidero*  
*Phil. Mor. p. 636.*) meminisse oportet ;  
sed de *beneficiis* aliis *praestitis*, quatenus  
ab illis remunerationem & cōpensa-  
tionem non expectat.

XI. Magnanimus magis possideret infructuosa, quam fructuosa, 4. Eth. Nic. 3. & 3. Mor. Eud. c. 7. nec non libello de Virtutibus.

Verum est de Magnanimo, quatenus res suas non quaestu aut lucro, ut plerumque alii homines; sed honestate & splendore existimare solet.

XII. Magnanimus est injuriarum immemor. 4. Eth. Nic. 3.

Valet non de injuriis gravioribus & famosis, quibus fama & existimatio imminuitur, quas vindicare modo legitimo tenetur, imprimis quando dissimilatio earundem bono obest publico; sed de levioribus & nudis civillationibus, quibus fama & existimatio nostra neque tollitur, neque imminuitur. [De his ulciscendis magnanimus meditatur illud Socratis: *Quid si asinus me calcitraret?*]

XIII. Magnanimus magnum se ostendit. Phil. l. c.

Nor

Non apud humiles, mediocres & inferiores, inter quos gloriæ suæ servire velle, importunum, idè erga hos magnitudinem dulcedine quâdam ac humanitate singulari miscet, ne eos despiceret videatur, ipsique nota superbie inuratur; sed apud claros, in dignitate constitutos & aequalas præbet se magnum, quia certitudine conscientiae virtutis magnis se parem esse novit.

XIV. Magnanimus liberè, quæ sentit, loquitur. Phil. l.c.

Non apud multitudinem & vulgus, quod indignum putat, omnia sua ammi consilia cui aperiat; sed apud magnos & excelsos ea, quæ in se laudabilia sunt, apercè dicit, ita tamen, ne extra limites prudentiæ, justitiæ & veritatis vagetur.

XV. Magnanimus contemnit alios.  
Phil. l.c.

Contemnere dicitur non viros vel magnos & claros, inter quos se magnum gerit: vel medios & humilos, erga quos

H 4 mode-



modestiæ faciem exhibet; sed vel *improbos calumniantes*, quorum calumniis se superiorem per virtutem judicat; vel *subdolè adulantes*, dum vanos & mendaciis involutos honores minimè se-  
statur; vel *aliis vitiis coopertos*, quo-  
niā mavult esse, quād dici & videri  
bonus.

*XVI. Magnanimus nihil admiratur eorum, que vulgus magni aestimat.*  
*4. Ethic. Nic. 3. & 3. Mor. Eud. 7. Idem Philos. lib. de virt.*

Non admiratur *bona fortunæ*; sed *bona animi & bona corporis insolita & supra vulgus posita* æstimat, commen-  
dar, diligit.

*XVII. Magnanimus non vivit ad alterius arbitrium.* 3. *Ethic. Nic. 3.*

Non quasi *per comprobationem* ad ar-  
bitrium aliorum, imprimis amicorum,  
ad quorum mores se componit, nihil  
faciat; sed quatenus *per dependentiam*  
à nutu alterius, quod nimis servile, ni-  
hil quicquam agit.

*XVIII.*

XVIII. Magnanimus non potest  
commodè cum aliis vivere.

Intelligendum est non de viris ma-  
gnis, optimis & amicis, quibuscum datâ  
occasione familiariter conversatur; sed  
de inferioribus, plebejis, & terraë filiis,  
quorum conversationem averfatur.

XIX. Magnanimus cavet sibi à  
conventibus, in quibus alii primas te-  
nent. 4. Eth. Nic. 3.

Non quidem ex invidiâ erga eos,  
qui ibi præminent; sed ex prudentiâ,  
ne vel honores captare, vel aliis se sub-  
mittere videatur.

XX. Magnanimus eundem servat  
vultum in utrâque fortunâ. Phil. l.c.

Non enim Magnanimus vel in re-  
bus secundis insolentiâ effertur, vel in  
adversis animo frangitur; sed aquabilis  
semper tenore fortuita ejusmodi mode-  
ratur.

XXI. Magnanimus est otiosus.  
Phil. l.c.

Non simpliciter dicitur otiosus, quasi  
H s pror-



prorsus nihil agat; sed cum certâ quadam restrictione, quâ non nisi negotiis magnis & præclaris se ingerit.

*XXII. Magnanimus, si præmia ei digna non conferantur, animum non despendet.*


Recogitat enim Magnanimus, præmia virtutis non aliunde ubique petenda; sed ab ipsâ virtute & conscientie bonitate sœpiùs æstimanda.

*XXIII. Pusillanimitas deterior est superbiâ.*

Valet non de superbiâ sumpta ratione dissensionum, quas parit, & incommodorum, quæ secum trahit. [Horum respectu Schardius ex Capellâ de Germ. reb. tom. 2. p. 175. Superbiam, ait, & arrogantium nunquam quidquam boni perisse, neque aliud ex eâ, quam omnia pessima sequi solere. A quo minimè dissentit B. Nicolaus Rebhan / Ecclesiæ Isennacensis quondam Superintendens præcellenter meritus in Concionat. suo c. 1. p. 19. Cum præsentissimo, inquiens,



Quiens periculo conjunctum est, querēdī  
 nominis ardore duci, & arrogantiā effe-  
 ri: Etenim, quod D. Augustinus ait,  
 verōdōξia seu vanæ gloria cupiditas, ma-  
 ter est omnium hæresium, & pestis Eccle-  
 sia, imò fons est peccati & ruina. Ambi-  
 tio fax est contentionum ac dissidiorum  
 plerorumque in Ecclesia &c. Huic ex esse  
 astipulatur D. Geier. in comm. Prov.  
 Salom. c. 13. v. 10. Ubiquique, inquiens,  
 in officiis vel ecclesiasticis vel politiciis, aut  
 etiam in privatâ conversatione concur-  
 runt ingenia fastuosa ac tumida, ubi neu-  
 er congruentium suam agnoscit infir-  
 mitatem, ac imperfectionem humanam,  
 solum se sapere arbitratus, aliosque pro-  
 fungis & stimans, adeoque praecedentiam  
 eminentiam ue solus ambiens, ibi nil aliud  
 oriri ordinariè potest præterquam con-  
 tentio, item schismata, hæreses, bella, inju-  
 riae tum verbales, tum reales, imò ever-  
 siones tandem societatum accolligorum.]  
 sed ratiene sui ipsius, qd. actus superbiæ  
 actibus Magnanimitatis sunt humiliiores  
 ac actus pusillanimitatis, quæ honores  
 omnes, etiam promeritos, respuit.



## CAPVT VI.

De

## M O D E S T I A.

B. CHRISTIANO Hammarbii  
Livona.

**P**Ost Magnanimitatem agit Philosophus de M O D E S T I A , quâ nulla virtus pulchrior , & ad favorem aliorum conciliandum accommodator est : Placet autem eam h. in m. definire .

M O D E S T I A est virtus , servans mediocritatem in modis honoribus expetendis , vel fugiendis . 4. Eth. Nic. 4. Exempla modestiae insignia sunt DAVID , qui quamvis esset in Israëlitarum Regem unctus , & caso Goliatho , Sauli Regis gener factus , non tamen elatius sese gessit , 1 Reg. XVII. & XVIII. Et PAULVS præ aliis Apostolis gratiam adeptus , dicit se Apostolorum minimum , 1. Corinth. XV. 7. Similiter WILLIGIS , primus

primus Elector Moguntinus, patre natus  
rhedario, ex pago Saxonia Schoningen  
in veteris fortune sue memoriam multis  
in locis planstri rotam (qua exinde Ar-  
chi-Episcopatui Moguntino semper ins-  
gne fuit) depingi curavit, cum hac inscri-  
ptione: Willigis, Willigis, recole unde ve-  
neris. D. Joh. Jac. Drac. de orig. & jur.  
arm. sive insign. pare. 2. th. 21.

Extremum in excessu est ambitio, in  
defectu honorum contemptus.

A M B I T I O est vitium, in modicis  
honoribus expetendis modum exce-  
dens. 4. Eth. Nic. 4. Exempla ambitionis  
sunt DISCIPULI Christi, de prima-  
tu certantes, Matth. XVIII. 1. Marc. IX.  
34. Luc IX. 46. FILII Zebedai, Marc.  
X. 37. SCRIBÆ & PHARISÆI,  
Matth. XXIII. 6. Marc. XI. 39. Item  
AENOCRATES Medicus, qui ob  
feliciores curas, in literis ad Philippum  
Macedonia Regem, se Jovem appellavit.  
Elian. l. 12.

HONORUM CONTEMPTUS  
est vitium in modicis honoribus appe-  
tendis



tendis deficiens. l. c. Exempli loco adduci solet **AMMONIUS**, Origenis discipulus, qui ad Episcopatum Alexandrinum pertractus, ne vocationi parere cogeretur, dextram sibi amputavit auri-  
culam. *Hist. trip. l. 8. c. 1.* Nec non **MAN-  
LIVS TORQUATVS**, qui omnium Romanorum consensu consul creandus oculorum morbum praetexit, quo hono-  
rem oblatum commode recusaret.

### A X I O M A T A.

**I. Licitum est, per modestiam ex-  
petere honorem.**

Valet (1.) non de honore apparente & indebito, indignis saepius à corrupti judicij hominibus collato; sed de vero & debito, à viris prudentibus ob virtutem dignis delato. [Major enim honori estimatio à magnitudine honorantium accedit, judice Cyr. Lentulo in Aul. Tiber. aphor. 118.] (2.) Non de appetitu immoderato & inordinato, qui in vitio ponitur; sed de moderato & ordi-  
nato,

nato, quo modestus eos solum honores promeritos ambit, quos praesens status Reipublicæ & occasio temporum sine difficultate indulget. (3.) Neque de mediis spuruis & in honestis, utpote vi, fraude, largitionibus, calumniis aut detimento famæ aliorum; sed de legitimis & honestis, pietate scil. propriâ virtute, industriâ ac fidelitate in officio, vel successione hæreditariâ, vel electione minus dolosâ, vel aliis licitis modis.

### II. Homo per modestiam omnibus se debet subjicere.

Et ipsum Magistratum decet, subditis se subjicere non subjectione iugis & obedientiæ, quam subditi debent Magistratui; sed modestia & humilitatis, ita ut suos defectus agnoscat, & majora in subditis dona admiretur. [Cui conforme est illud Ciceronis monitum l.i. Off. *Quanto sumus superiores, tanto nos geramus submissius.*]



*III. Modestia semper se prodit & verbis & gestibus.*

Non formaliter, quasi in exterioribus signis & actibus modestia consistat; sed representativè, quatenus per signa ejusmodi externa interiorem affectum in lucem protrahit.

*IV. Honor magis est honorantis, quam honorati. 1. Eth. Nic. 5.*

Honor spectatus non materialiter, objectivè & fundamentaliter, ratione virtutis & meritorum, quibus debetur honor, qualis potius est honorati; qui suis præclarè factis illum sibi promeruit; [Unde Senec. ep. 103. Si laudem, ait, laudantis bonum esse dicitis, tam ridiculam rem profertis, quam si affirmaretis meum esse, quod alius bene valeat.] sed formaliter, activè & exhibitive, respectu collationis & actus externi, quo honorans bene meritis suâ sponte internum declarat affectum.

*V. Quâ in Republ. non virtuti maximus habetur honor, in ea opti-*

mus

*mus civitatis status firmus esse non  
potest. Arist. 2. Polit 9.*

Non tamen saltuatim supra modum  
honore quis ab initio ornetur; sed gra-  
duatim, ita ut exiguis prius honoribus  
condecoratus ob præclara merita post  
denuò ad maximos admittatur.

*V I. Honor lædi potest ab alio.*

Non ratione fundamenti, quod est  
honorandi virtus ejusdemque meri-  
tum, quod ab alio intrinsecus lædi  
neutquam potest; sed ratione externi  
splendoris, quem contumelia impedi-  
valet.

*V II. Modesto contingit honorem  
amitti.*

Non ex vitiis planè alieno, improbi-  
tate scil. parentum, vel consanguineo-  
rum, vel calumniis adversariorum; sed  
ex propria turpitudine & delicto, quate-  
nus virtuosas actiones deserit, & vitia  
sestatur.

*VIII. Mo-*



VIII. Modestia non adversatur,  
honorem adversus calumnias tueri.

Sermo nobis est non de calumniis  
levioribus famamque minimè ladden-  
ibus, quæ condonandæ & dissimulan-  
dæ ; [Huic consentanea sunt ea, quæ  
leguntur in epistolâ Cœli Calcagnini,  
quæ in Erasmi opere Epistolarū habe-  
tur, cuius inter alia l. 20. ep. 53. hæc sunt  
verba: *Multa injuria missitanda sunt,*  
*vel potius devoranda. Plerumque con-*  
*nivendum est, ne quasi in procinctu su-*  
*mbris quotidie ad arma excurrendum.*] Sed de gravioribus & famam ladden-  
ibus, quas mediis licitis &  
jure concessis vindicare  
debet.



CAPUT



CAPUT VII.  
DE  
MANSUETUDINE.

By. ANDREA Rauchmaul /  
Giessa-Hasso.

**N**ihil frequentius ferè nocivâ atq; intempestivâ irâ, quam moderatur Mansuetudo , cuius hanc damus definitionem:

MANSUETUDO est virtus , quæ in irascendo & vindicando mediocritatem servat. 4. Ethic. Nic. 5. & 1. 1. Magn. Mor. c. 21. Hujus virtutis gloria nobiles sunt MOSES , qui audit mississimus omnium hominum , Num. XII. 13. Syr. XLV. 4. DAVID , qui parcit & Sauli , I. Sam. XXIV. 11. & Simei , II. Samuel XIX. 23. CYRVS & AGESI-LAVS qui in summo imperio ne verbū quidem duriusculum protulerunt . Xenophon.

phon. Similiter B. BALTHASAR MEISNERVS tantopere hanc probavit virtutem, ut illis duabus Salvatoris vocibus: Beati Mites, Matth. V. 5. (quarum initiales litterae nomen ejus inchoant) pro Symbolo suo uteretur. Heinr. Höfnn. orat de vit. B.M lit. E.

Extremum ejus in excessu est iracundia, indefectu lentitudo.

**I R A C U N D I A** est vitium in irascendo & vindicando modum excdens.

Estque triplex: Excandescientia, amarulentia & crudelitas. Arist. 4. Ethic. Nic. c. 5. & libr. de virt.

**E X C A N D E S C E N T I A** est iracundia, quâ quis subitò levissimâ de causâ irascitur, facilè tamen placatur. In hanc propensus fuit ALEXANDER M. qui Clytum amicum ab assertandi studio alienum, & Philippi Patris res gestas prædicantem, arreptos satellitistelo, in convivio trucidavit, statim verò, cum deferuerisset ira, facti ipsum pœnituit. Justin. libr. 12. cap. 6.

A M A -

AMARULENTIA est iracundia, quâ quis tardius irascitur, iram tamen semel conceptam fovet occultè, nec absque ultione facile deponit: *Hoc vitio laborarunt SIMEON & LEVI*, filii Jacobi, qui non quieverunt prius, nisi cruentâ vindictâ de Sichemitis sumptâ. *Gen XXXIV. 25. SAVL*, qui ob victoriam Davidi iratus, non destitit eum prosequi, *I.Sam. XVIII. 8. 9.* Et *ABSOLON* filius Davidis, qui odium suum toto biennio non concoctum, in fratrem Ammonem profudit, *II.Sam. XIII. 28. & 29.*

CRUDELI T A S est iracundia, quâ quis nimium iræ furori indulget, ita ut sine vindictâ acerbissimâ placari penitus non possit. *Hoc vitio infames sunt PHARAO novus Exod I. 10. sqq. ABIMELECH, Jud. IX. 5. HERODES ASCOLONITA, Matth II. 16. HERODES AGRIPPA, Actor. XII. 1. NERO, B. Andr. Kesler. Preceptor tr. de patient. Christ. part. 5. cap. 4. pag. 1000 sqq. DOMITIANUS, Kesl. l.c. pag.*

1004.



1004. TRAJANUS l.c. pag. 1006. sqq.

LENTITUDO est vitium in ira. scendo deficiens: Hoc vitium depre- hendimus in HELI summo Sacerdote, qui filios suos Hoplum & Phineum, rapinis & stupris templum coquinante ne verbulo increpabat, aut corripiebat. I. Sam. II sq. Eodem vitio commacula- tum & SOCRATEM fuisse, vel inde videre est, quod pertinacissimam suam conjugem Xantippen, qua non so- lium variis convitiis ipsum proscindebat, sed etiam lotio convergebat, silentio sem- per tulerit. Agell. lib. I. c. 17.

## A X I O M A T A.

I. Mansuetus perturbatione va- care, neg<sup>o</sup> duci ab affectu solet. 4. Eth. Nic. 5.

Valet non de perturbationibus tem- perationibus, quæ mansueto compe- tunt; sed de vehementioribus, quæ ra- gioni obsunt.

II. Ira est licita.

Ira

Ira: non *vitiosa*: & *temeraria*, vel  
expravo ultiōnis appetitu, vel ex vitio-  
so iracundiæ habitu profluens; sed  
partim *officiosa*, quæ, si moderata, in  
superioribus est commendanda, qui  
fuis ob admissa scelera irascuntur; par-  
tim *fraterna*, quâ improborum deli-  
ctis indignamur.

*III. Non facile est irascendum.*

Irascendum est non de *rebus dubiis*,  
*levibus*, & jam ante amicè *compositis*;  
sed de *certis* & *gravibus causis*, *vindica-*  
*tione dignis*, *religionis depravationem*  
& *honestatis abjectionem concernen-*  
*tibus*.

*IV. Non nimis citò est irascen-*  
*dum.*

Procedit non in *gravioribus delictis*,  
de quibus ne ad illa connivere, vel ea  
planè dissimulare videamus, illicò est  
irascendum; sed in *levioribus* & *dubiis*,  
præsertim cùm altera pars nondum  
audita sit.

*V. Non cuivis est irascendum.*

Non



Non irascamur indifferenter omnibus hominibus, adeoq; (1.) non infantibus vel mente captis, qui omni destituantur iudicio; sed iis, qui usu rationis pollut. (2.) Non superioribus, neque facilè aequalibus; sed inferioribus. (3.) Non amicis & bene de nobis meritis, qui reverentiae cultu prosequendi; sed calumniatoribus, contemptoribus, hostibus publicis & privatis. (4.) Non invitè & imprudenter peccantibus, & culpam seriò deprecantibus; sed voluntarie & destinato consilio culpam admittentibus, & ex proposito malefacta defendentibus, & post resipiscentiam, ad eadem delicta redeuntibus.

*V I. In consultationibus seriis, aut convivisiis ad letitiam & recreationem animi compositis non est irascendum.*

Hoc non absolute acceptum volumus; sed limitate, nisi injuria directe ad famam & existimationem nostram pertineat, quo casu possumus



sumus indicare, nos injuriam animad-  
vertisse, & discedere.

*VII. Ira non sit major culpâ. Cic.*

*Ira non sit disproportionata*, ita, ut  
culpæ magnitudinem excedat; sed in-  
ter utramq; proportionata, ita ut æqua-  
litas observetur, alias qui graviorem,  
quām par est, vindictam exercet, cau-  
sam suam detersorem reddit.

*VIII. Mora maximum contraira-  
cundiam remedium est. Senec.*

Non mansuetus quicquam fervente  
~~Et~~ primo iræ impetu agat, qui absolutè,  
quatenus rationem antevertit, vix in  
nostrâ potestate est; sed fervore iræ  
decrecente, ita ut ratio sese priùs recol-  
ligat, dominiumque obtineat. 4.Eth.  
Nic.5.

*IX. Mollis responsio frangit iram.*

Modesta & sale prudentiæ condita  
responsio emollit iræ calorem non  
tantum respectu nostri; sed & respectu  
aliorum, ut à nobis & aliis damnum  
avertamus.

I

*X. Iræ*



X. *Ira exortæ optima sanatio est ejus ex animo proscriptio.*

Ira non est pectoris alenda, ne in odium degeneret; sed tanquam infelix fœtus in primâ conceptione suffocanda. Plutarch. & Heider. libb. de irâ cohib.

XI. *Ira lumen rationis extinguit, sine quâ nihil rectè fit. Senec,*

Valet non de moderatâ, quâ quis modum à rectâ ratione præscriptum sequitur, & ad iram commovetur, quando, cui, quam ob causam, quantum & quomodo oportet, 4. Ethic. Nic. 5. sed de immoderatâ, quæ usum rationis rectum antecedit, ipsumque tollit.

XII. *Mansuetus ad ignoscendum est promptior, quam ad uilescendum.*  
4. Eth. Nic. c. 5.

Non ac si nullâ in re commoveatur, amensq; vindicandi modum damnet; sed quia secundum rationis dictum irascitur, ita quidem, ut, irâ paulatim evanescente, magis ad veniam, quam

quām ad vindictam propendeat.

*XIII. Mansuetus offendenti dat veniam.*

Consistit autem vera mansuetudinis condonatio non in merē offendē obli-  
vione, ita ut culpē obliscatur, utur  
interim causē recordetur; sed tam in  
abolitione irā & vindictā, quām in ob-  
livione & causē offendentis, cui nos  
minimē amplius irasci oportet.

*XIV. Vindicta est licita.*

Loquiūtur non de vindictā injustā,  
privatā & immoderatā, quae affectūs ac  
offensionis est, hominemque efficit  
stultum, brutis similem, imō pejorem,  
judice *Ant. à Burgund.* c. 32. sed de  
justā, publicā & moderatā, quae est offi-  
cii ac defensionis, quae omnem debi-  
tam castigationem, necessariamque  
punitionem & vindicationem includit.  
*D. Calov. Bibl. illustr. V. T: tom. I. ann.*  
ad Jud. c. 15.

*XV. Injuriæ sunt ulciscenda.*

Injuriæ non modicæ & leves, multo-

minus nœvi & errores leviculi, qui potius sunt dissimulandi & condonandi; sed atroces & graves, concernentes famam & officium nostrum publicum.

*XVI. Delictum ex iracundia calore commissum non est excusandum.*

Valet, quatenus iræ calor non ex justo animi dolore & zelo, gravissimam ob causam provenit, qui (calor) pœnæ mitigationem, præsertim si delictum pœnitentia excipiat, meretur; sed ex levissimâ aliquâ ratione, vel ex vito consuetudine contracto existit.

*XVII. Mansuetudo ad defectiōnem inclinat. 4. Eth. Nic. 5.*

Non quod à mediocritate rectæ rationis abeat; sed quod de severitate debitæ punitionis in irâ exercenda aliquid detrahatur.

*XVIII. Iracundia dexterior judicatur lentitudine. 4. Eth. Nic. 5.*

Verum hoc videtur non de statu publico seu politico, in quo lentitudinem plura & graviora damna causare dicunt,



cunt, quando scelera manent impunita, & quilibet pro libitu facit, quod vult; sed de *statu privato & domestico*, in quo lentitudinem magis conversationi humanæ, amicitiæ & concordiæ inchoandæ continuandæque accommodatam esse statuunt.



**CAPUT VIII.**

**DE  
HUMANITATE.**

¶. **GEORGIO WILHELMO DORN**  
*Gieffa-Hasso.*

**M**Ansuetudini Philosophus I. 4.  
Ethic. Nic. c. 6. & 7. subjungit  
**VIRTUTES HOMILETICAS** seu  
**CONVERSATRICES**, quas ita defi-  
nimus :

**VIRTUTES HOMILETICÆ** sunt  
habitns, qui in civili conversatione  
mediocritatem observant, ne alteri

I 3 mole-

molestia creetur, sed omnia suavitate abundant.

Harum Aristoteles l. 2. Ethic. Nic. c. 7. & l. 4. c. 8. recenset tres: quarum prima honestum dirigit serium in conversatione, & Humanitas; secunda regit jocosum, & Urbanitas; tertia verum format, & Veracitas dicitur. De primâ hac vice

HUMANITAS est virtus, quæ quâ sermonem, gestum & actionem honestè oblectando mediocritatem servat. 4. Eth. Nic. c. 6. 1. Magn. Mor. c. 29. l. 3. Eudem. c. 9. Huius virtutis exempla habemus in DAVIDE, SALOMONE & aliis. Huc referri meretur HADRIANVS Imperator, qui in colloquiis etiam erga infimæ sortis homines valde humanus fuit, detestatus eos, qui hanc sub pretextu Majestatis commitatem ipsi in videbant. D. Botfacc. in Moral. Gedan. S. 4 p. 438 sq. Et VESPASIANVS Imperator, qui hanc ob virtutem dicitur est amor & deliciae generis humani. Idem elogium, quod Sue-

tonius

tonius laudato Imperatori attribuit, jure  
meritoq; Serenissimus quondam Princeps  
ac Dominus, Dn. GEORGIVS II.  
Hassia Landgravius &c. Pater Patriæ,  
dum in vivis esset, exoptatissimus etiam  
sibi vendicat, de quo constat, illum ne-  
minem unquam à conspectu suo tristem  
dimisisse.

Extremum ejus in excessu est assen-  
tatio, in defectu morositas.

ASSENTATIO est vitium, quo  
præter honestatis rationem in omnibus  
dictis & factis placere studemus iis,  
cum quibus conversamur. 4. Eth. Nic.  
c. 6 l. 1. Magn. Mor. c. 29. l. 3. Eudem.  
c. 9. Huc spēdant PSEUDO PRO-  
PHETÆ, qui Achabo prospéra quaq;  
vaticinabantur, I. Reg. XXII. Similiter  
EVNVCHVS ille apud Terentium,  
cūm ait: Quicquid alii dicunt, laudo;  
id rursum, si negant, laudo quoq;; negat  
quis, nego; ait, ajo; postremò imperav̄  
egomet mihi omnibus assentari, is que-  
stus nunc est multò uberrimus. Act. 2.  
se. 2.

MOROSITAS est vitium , quo  
præter modum nemini , ne in honestis  
quidem rebus ac actionibus placere  
volumus , sed omnia aliorum dicta &  
facta improbamus . 4. Ethic. Nic. c. 6.  
l. i. Magn. Mor. c. 29. l. 3. Eudem. cap. 9.  
*Vivum* hujus vitii exemplum depre-  
hendere licet in NERONE , qui nec  
cum servis , nec cum liberis hominibus  
sermones contulit , sed omnia mandata in  
libellis scribere consuevit , neque quem-  
quam salutatione vel resalutatione di-  
gnatus est . Sueton. in Ner. Talis quoq;  
perhibetur fuisse TIMON ATHE-  
NIENSIS , unde , cum omnem fuge-  
ret conversationem , ac cum nemine nisi  
solo Alcibiade sermones sereret , μιωτής  
Θεων οὗτος appellatus .

## AXIOMATA.

1. Humanitas videtur maximi-  
sse amicitia , 4. Eth. Nic. 6.

Non formaliter & ratione proprii con-  
ceptus , quasi humanitas prorsus eadem .

fū

fit cum amicitiâ ; sed effectivè & consequenter , quatenus facile fibi conciliat amicos comitas affabilitasque sermonis. Cic.2.offic.

*II. Humanitas non pugnat cum Magnatum gravitate.*

Intelligitur gravitas non affectata & fuscata , consistens in vultûs torvitate , morumque ac gestuum externorum asperitate ; sed vera , quæ in decorâ habitûs , gestûs & morum externorum moderatione sita est , quâ vir gravis erga ordinis sui similes convenientem suo statui & officio dignitatem tuetur. Arist.l.3.Magn.Mor.c.26.l.3.Eud.c.9.

*III. Vir humanus alios oblectat.*  
*4.Eth. Nic. 6.*

Ita tamen , ut rationem habeat non tam presentis jucunditatis , quam honestatis & utilitatis , tam suæ , quam aliorum , quibuscum seriò vertatur. Zinger. in annot. & Schol. Eth. Arist. pag. 250 . & in tabul. p. 253 .

*IV. Vir humanus errantes liberè corrigit. Arist. l.c.*

Valet non de correctione virulentâ aut turbulentâ, quâ quis verbis asperis, & quidem in loco publico vitia proximi corrigit; sed de moderatâ & sedatâ, quâ quis mollibus & modestis verbis, in loco privato è viâ erroris in viam virtutis errantem revocat.

*V. Vir humanus facilem se præbet in conversando. Arist. l.c.*

Non intellectam voluntus facilitatem in sensu generali, quâ nulla virtus destituitur; sed in sensu speciali, nempe facilitatem in accessu & sermone serio ac jucundo, quâ sua officia præsertim probis ac indigentibus offert.

*VI. Vir humanus habet rationem personarum. Arist. l.c.*

Non ergo indiscretè & absque ullo discrimine cum aliis conversari solet; sed habitò respectu circumstantiarum, præsertim personarum, quarum conversatione utitur, ita, ut dignioribus, in qua-



quantum per honestatem licet, obtemperet; æqualibus in iis, in quibus ratio evidens contrarium minimè suadet, consentiat; inferiores, qui emendatione opus habent, pro more viri prudentis corrigat.

*VII. Vir humanus tam cum probis, quam cum malis conversatur.*

Non ut eorum ingeniis & moribus sese assimilet; sed ut suâ conversatione eos meliores reddat.

*VIII. Nimia familiaritas parit contemptum.*

Maximè procedit de familiaritate exultâ non cum æqualibus, atque iis, qui ejusdem sunt dignitatis, officii & ordinis; sed cum inferioris sortis hominibus, qui sibi aliorum abutuntur benevolentia, statûs & conditionis superiorum immemores. [Non possum, quin adscribam verba, quæ in statutis nostris Academicis tit. XLVIII. §. 4. leguntur: Erga studiosos tales sese gerat, ut Professores erga eos sese exhiberent ipsi, cum



cum studiosi essent, volebant, nempe affabiles, comes, & in aduenendo faciles; carent tamen, ne nimia familiaritate se contemptibiles reddant, dignitatis & status sui immemores, quem tueris non posseunt, si nimia dejectione vilescat.]

### IX. Et mutus potest esse humanus.

Quod accipi volumus non tam de actu externo, quam de interno vittutis hujus habitu, consistente in gestibus & actionibus, quibus animum declarare potest humanum.

### X. Morositas deterior est adulazione.

Sermo nobis est (1.) non de morositate purè naturali, ex melancholico temperamento ortâ, quæ venia digna, Medicoque potius, quam Ethico opus habens; sed de sponte contraria & voluntaria. (2.) Non de adulazione compositâ, aliisque vitiis auctâ, quæ interdum ipsâ morositate atrocior est; sed de simplici, quâ, qui adulatur, nihil aliud intendit, quam alteri placere.

CAPV





## CAPUT IX.

DE

## URBANITATE.

R. JOHANNE MATTHÆO Münchi  
Mæno, Francofurtano.

**H**umanitatem excipit URBANITAS, quæ in conversatione jocosâ occupatur, atque ita definitur:

URBANITAS est virtus, quæ in jocando & ludendo mediocritatem servat. 2. Ethic. Nie. 7. & l. 4. e. 8. l. 1. Magn. Mor. c. 28. l. 3. Eudem. c. 4. Hac virtute SCIPIO NASICA præ ceteris excelluit, qui, cùm ad Ennium Poëtam venisset, ipsumque domi non esse, ancilla responderet, sensit, id iussu Domini dicit, & recessit. Paucis post diebus, cùm ad Nasicam Ennius venisset, & num adeisset, à januâ quereret, exclamavit ipse, se domi non esse. At, inquit Ennius, vocem tuam

cogno-

cognosco. Tum Nasica respondet : Homo es impudens, ego tūm te quererem, ancillæ tuae credidi, te domi non esse; tu mihi non credis ipsi. Cic. l.2. de Orat. Huic subjungitur meritò RUDOLPHVS I. Imperator, ( à quo Familia Austriaca originem suam deducit ) cui nasus solito major & aquilinus fuit : Huic cùm aliquando in angustâ semita occurreret dicaculus, & à satellitibus, ut Imperatori cederet, moneretur : Quo respondit, cedam, cùm Imperatoris nasus omnem viam occupet, adeò ut prætereundi copiam non relinquat. Cui Imperator subridens, flexo in alterum latus naso, progredere, inquit, fili : nasum meum amo vi, ne sit tibi impedimento. Justin. Imò laudatissimus gloriofissima memoria Imperator adeò facetus fuit in dictis, ut etiam moribundus jocaretur, docente Dn. Joh. Conr. Dieterichio, Collega quondam honoratissimo in Brev. Hist. pag. 69. Et ingeniosissimus Poëta FRID. TAVBMANNVS adeò excelluit in faceratrum & jecorum genere, ut hanc ob virtutem



tutem. dictus fuerit Electorum Principumque deliciae. Matth. Bernegg. qq. miscell. in C. Corn. Tacit qu. 88. Tacit. qu. 88. Brands Tauben-Flügel / das ist / Bericht von dem Leben Fried. Taubmanns.

Extremum ejus in excessu est scurrititas, in defectu rusticitas.

**S C U R R I L I T A S** est vitium, in jocando & ludendo modum excedens, 2. Eth. Nic. 7. & 1. 4. c. 8. l. 1. Magn. Mor. c. 28. & 1. 3. Eud. c. 9. Ita **S Y L L A M** summa fuisse dicacitatis dicunt, ut juvenis etiamnum cum mimis viveret, & scurris sociumque se iis in omni protervia adjungeret.

**R U S T I C I T A S** est vitium in jocando & ludendo deficiens. 2. Ethic. Nic. c. 7. l. 4. c. 8. l. 1. Magn. Mor. c. 28. l. 3. Eud. c. 9. Ita **M A R C V S C R A S - S V S** nunquam in vita risisse fertur, ue hac de causa αγελασις nomen reportari. Solim. c. 4. Alii, eum in vita semel risisse, tradunt, cum asinum vidisset cardinis ve- scentem. Heider. Phil. Mor. p. 786.

**A X I O .**



## AXIOMATA.

I. *Joci sunt liciti. 3. Eudem. c. 9.*

*Joci sc. non coacti, aut inconcino verborum genere effusi, illiberales, flagitiosi atque scurriles, quales Deo exosi, proximo ac proprietate conscientiae perniciosi sunt; sed quasi naturales 3. Rhet. 12. ornato dicendi habitu vestiti, liberales, verecundi & ingeniosi, qui neque Deum vel hominem aut propriam conscientiam lèdunt.*

II. *Joci sale sint conditi.*

*Sale non nigro sive Momi, qui ut plurimum sunt injuriosi; sed candido sive Mercurii, circumstantiis personarum, loci, temporis ac rerum accommodati, & ab omni convitio atque maledicentiâ remoti. Cic. l. i. Offic.*

III. *Cum aequalibus optimè jocari possumus.*

*Non g. fatis tutò jocari possumus cum superioribus, quibus reverentiam debemus; neque facile cum inferioribus,*

bus, siquidem autoritatem sæpius pro-  
stituere solemus; sed liberè & mode-  
stè jocari possumus cum *equalibus*,  
tam ratione ordinis, statūs & ætatis,  
quam ratione sexūs & ingeniorum ta-  
libus.

*IV. Loca seriis destinata negotiis,  
jocis minimè convenientia.*

Hinc non jocandum in iis locis, ubi  
seria & publica negotia sunt agenda, in  
quibus aliorum risum ciere, scurile  
est; sed in congressibus *animi reficien-*  
*di ergo instituunt. Ar. st. 8. Pol. c. 3.*

*V. Tempore turbulentō ludicra  
peragere, scurrilitatis foret.*

Neque proinde jocandum tempore  
actionibus seriis aut tristibus destinato;  
sed conviviis & gaudiis consecrato.

*VI. Res graves quando sunt per-  
agendæ, à jocis est abstinentum.*

Non g. iis indulgendum in rebus  
magnis & arduis, ubi opus est devotio-  
ne & attentione; neque in flagitiis &  
sceleribus, quibus nos indignari opor-  
tet;



ter; sed in rebus gratis & favorabilibus,  
quibus homines delectari solent.

*VII. Ludi scenici in bene consti-  
tutâ Republ. possunt tolerari.*

*Ludi non obsceni, turpes & scanda-  
loſi, quales turpis lucri vel cachinni ex-  
citandi gratiâ permittuntur; sed hone-  
sti & liciti, loco, tempori & modo con-  
venientes, qui honestæ recreationis  
causâ instituuntur. B. Meissn. phil. sobr.  
part. I. sect. 2. c. 4. q. 1. Et Coll. Adiaph.  
disp. 12. th. 52. sqq.*

*VIII. Chorea in conviviis sunt  
ferenda.*

*Choreæ non lasciva, indecoræ & im-  
moderata, de quibus vid. Antonii à Bur-  
gundia mundi lapis lydius c. 18. p. 73.  
sqq. sed publicæ, decoræ & moderata,  
quæ instituuntur à personis sobriis &  
verecundis, in loco honesto, & tempo-  
re convenienti, aliis sc. laboribus, po-  
tissimum sacris neutiquam dicato.  
Meissn. l.c. qu. 2. Ejusd. Coll. adiaph. l.c.  
th. 7. sqq.*

*LX. Vi.*

*IX. Virum urbanum non deceat,  
se se oblectare cantilenis artificio Mu-  
sico compositis.*

Valet nota de cantilenis turpibus &  
impudicis, quae animos cantantium &  
auscultantium corrumpunt; sed de ho-  
nestis & easitis, quae eosd. recreant, & à  
modestia & iudeo avocant. *Gerhard.*  
*Joann. Voss. libr. de nat. Mus. c. 4. §. II.*  
usque ad 16.

*X. Aleæ studium recreatio est li-  
cita.*

Loquimur non de aleâ probrosâ ac  
Reip. damnoſa, quâ de verba statutorum  
noſtrorū Academicorum tit. lxxv. §. 21.  
(prohibemus omnes in honestos ludos tef-  
ferarum, aleæ, chartarum, & ſimiles)  
ſunt intelligenda, quan inventam à  
vitiorum omnium parente Dœmone  
*Antonius à Burgundia l.c. c. 21. p. 87.*  
cum Platone existimat; ſed de festivâ  
& moderata, ad animum recreandum,  
vel ingenium acuendum institutâ. *Leo-  
nardus à Ryffen. in tract. cuius titulus:*  
Veri-



Veritas secundūm pietatem de lusu  
aleæ ab Amesio defensa , & ab impu-  
gnatiobus Gattakeri vindicata.

*XI. Urbanus monet, & reprehendit.*

Non serio atque aperto dicendi gene-  
re, sicuti humanus ; sed jocosè & tecte,  
ita ut delectationem magis, quam odi-  
um conciliet.

*XII. Liberalis jocus mendacium  
non est.*

Sermo est non de mendacio & quivo-  
cè dicto; sed de propriè accepto, quale  
non est jocus, absurdī speciem præ se-  
ferens, qui singulare suavitate profer-  
tur, eâ solùm intentione, ut veri  
sensûs eruendi occasio inge-  
niosis præbea-  
tum.



CAPVT



## CAPVT X.

De

## VERACITATE.

R. JOHANNE LEPORINO,  
Braubaco-Rhenano.

**S**equitur jam tandem ex virtutibus Homileticis VERACITAS, cuius amore ad Deorum immortalium naturam quam proxime patere accessum, Pythagoras dicere solitus est. Definitionem hujus hanc damus:

VERACITAS est virtus, circa verum talem observans mediocritatem, quam id, quod in animo habemus, ore, gestu, factisque candidè profitemur. L.4.Eth.Nic.c.7.&l.3. Eud.c.9. Eximus virtutis hujus cultor fuit POMPONIUS ATTICVS, qui nec mendacium ipse dicebat, nec ferre poterat mentientes. Corn. Nep. Et EPAMINON-



*NONDAS, de quo historiarum monumen-  
ta testantur, quod ne per jocum qui-  
dem unquam dixerit mendacium.*

Veracitati in genere tam in excelsis,  
quam in defectu opponitur mendaci-  
um.

**M E N D A C I U M** est vitium, quo  
aliud animo gerimus, quam ore, gestu,  
factisque callide profitemur.

Mendacium ex Lombard. l. 3. dist. 39.  
constituitur triplex: Officium, joco-  
sum & perniciosum.

**O F F I C I O S U M** est, quando ob  
causam honestam, alteriusque utilita-  
tem occultamus id, quod dicere non  
est necessarium: *Hujusmodi menda-  
cium admisso creduntur OBSTETRI-  
CES ÆGYPTIACÆ, Exod. I 19.  
RAHAB exploratores abscondens, Jos.  
II. 4. 5. D A V I D coram Achi, Palesti-  
norum Rege furorem simulans, I. Sam.  
XXL. 13. C H V S A I Davidem clam  
defendens, II. Sam. XVI. 17. 18. Et CO-  
MITES Ahanasii, persecutoribus  
Athanasiu[m] non prodentes. B. Andr.*

Keste-

Keslerus in Hist. Eccl. lib. 2. c. 4. sect. 3.

JOCOSUM est, quando falsè & lepidè, honestæ delectationis gratiâ, ci-  
tra ullius perniciem, singimus ea, quæ  
non sunt: Tale mendacium ( & simul  
officium ) dicunt fuisse illud PHILIP-  
PI MACEDONIS, qui vocatus  
ad scenam, cum plures secum adduceret  
umbras, & hospitem turbari sentiret,  
quod tam multis non sufficeret appara-  
tus; intercœnandum ad eos, qui aderant  
una, misit puerum eos submonentem, ut  
placent & servarent locum. Illi placent  
expectantes parum comedunt; ita fa-  
ctum, ut apparatus omnibus sufficeret.  
Plutarch. in Apoth. Reg. & Imper.

PERNICIOSUM ( seu MALI-  
TROSUM ) est, quando vel ex animi  
levitate, vel nocēdi studio, rum, quan-  
do verum profiteri tenemur, dicimus  
vel significamus aliquid, quod scimus,  
falsum esse. Et hoc est mendacium:  
propriè dictum, veritati oppositum,  
quod ipse mantiendi artifex DIA-  
BO-  
LVS prius in mundum introduxit.

Joh.



*Joh. VIII. 44. Hoc Erat, primosque parentes nostros decepit, Gen. III. 4. 5. Hoc mediante Abel à CAINO fratre perfidè interemptus, Gen. IV. 9. Hoc Abner & Amasa à JOABO interfecisti, II Sam. II. 27. & II. Sam. XX. 9. 10. Hoc Rex David à degenero admodum filio ABSOLONE proditus & regno pulsus, II Sam XV. 2. sqq. Conf. Drexel. Orb. Phaet. cap. 22. de fallac. ling. pag m. 273. sqq.*

Veracitati in specie opponitur in excessu arrogantia, in defectu dissimulatio.

ARROGANTIA (seu SIMULATIO) est mendacium, quo vel ea, quæ non habemus, vel plura & majora, quam habemus, nobis vendicamus, I. 4. Eth. Nic. c. 7. & I. 3. Eud. 9. Exemplum habemus in PONTICE ROMANO, qui arrogat sibi potestatem in secularia, in Imperatores & Reges. Nec non in THAMYRI, Lini discipulo, qui, cum in Musicis egregios fecisset progressus, se vocis & cantus suavitate ipfis

ipsis Muis palmam præripere dicebat.  
Diodor. l. 3. c. 5.

**D I S S I M U L A T I O** est mendacium,  
quo ea, quæ nobis adsunt, vel nega-  
mus, vel extenuamus. 4. Eth. Nic. c 7.  
& l. 3. Eud. c. 9. Ita **T I B E R I V S**  
**C O E S A R** omnes occultare novit af-  
fictus. Egregie callent hanc artem men-  
dicantes **M O N A C H I**, fratres sine  
defectu pauperes, qui ipsas tamen divi-  
tias adeo dissimilare didicerunt, ut ferè  
jurares, ipsos Iro esse pauperiores. B. Hüls-  
semann. **P r a e c e p t o r** meritisimus disq. His-  
tor. Theol. de Success. Episc. membr. l.  
ch. 2.

### A X I O M A T A.

#### I. Veritas est temporis filia.

Valet non de opinione quâdam va-  
nâ ac fictâ, quæ diuturnitate evanescit;  
sed de rei veritate, quæ tandem in lu-  
cem gloriose protrahitur, etiam si ad  
tempus prematur. [Hoc adeò verum  
est, ut vir scelestus, et si Divum geniss  
hominumque, ut dicitur, fallat, ut id

K

tamen



iamen perpétuò clam futurum fit , dif-  
fidere debeat , judice Petro Gassendo  
Opusc. Phil. tom. 3. Phil. Epicuri synt.  
part.3. cap.28.]

II. Obsequium amicos , veritas  
odium parit. Terent. in Andr. act. 1.  
sc. 1. Tertull. in apologet. c. 14. & La.  
etant. l. 5. Inst. Div. c. 9.

Valet non de veritate *in se* & per si  
spectatā , prout actio est virtuosa ; sed  
*ex accidente* considerata , quatenus ei-  
dem contingit odiū ex depravatione &  
perversitate hominum , qui malefacta  
sibi objici , vel etiam propter illa coar-  
gui , iniquo ferūt animo , unde & à Persio  
Satyr. 1. mordax teneris auriculis dicitur.

III. Officium veracis est , profiteri  
veritatem. 1. Eth. Nic. 7.

Sermo nobis est non de veritate  
*Metaphysicā* , quæ est congruentia rei  
cum intellectu divino ; nec de *Logi-  
cā* , quæ est convenientia orationis cum  
re significatā ; sed de *Ethicā* , quæ ser-  
monis , gestuum & factorum cum cor-  
de

de est conformitas, quam verax solius  
veritatis amore, & conservandæ fami-  
iliaritatis gratiâ ubique profiteri te-  
netur.

*IV. Decet virum probum simula-  
re, & dissimulare.*

Verum est non de simulatione & dis-  
simulatione illicitâ & turpi, quæ est hy-  
pocrisis, quâ vir bonus nullo modo se  
debet contaminare ; sed de licitâ &  
honestâ, quâ in civilibus aliquid esse,  
vel non esse fingitur animo delestan-  
di, aut honestè juvandi, vel hostes de-  
primendi, vel justè aliquem probandi,  
vel reprehendendi aliorum mores, &  
his similia.

*V. Secreta sub fide silentii com-  
missa nullo modo sunt divulganda.*

Intelligenda autem non sunt *secretæ*  
*Rerum publ. attingentia*, quorum reticen-  
tia ei minatur peticulum ; sed *secre-  
ta vel rem privatam*, vel *homines pri-  
vatos concernentia*, quorum silentio sa-  
lus vitæ & fama proximi minimè peri-

K 2 clita-



clitatur. Georg. König. Cas. Cons.  
Cat. ex Dec. qu. 9.

*VI. A veracitate non est alienum,  
aliud interdum dicere, quam quod  
queritur.*

Non intellectum volumus aliud ve-  
ritati contrarium; sed aliud ab eâ dis-  
versum, & à quæsito minimè alienum,  
quod eo casu, quo quis ad veritatis  
confessionem neutquam est obliga-  
tus, est licitum. [Huc spectat illud Pla-  
tonis l. 10. de Rep pag. m. 697. Id, quod  
verum esse videtur, impium est prodere.

*VII. Licet conditionem aliquam  
mente premere, sive subticere.*

Valet non de conditione proflus in-  
expectata, vix à curiosissimo intelligi-  
bili; sed de expectata, præsumtibili, &  
à quovis mediocriter ingenioso ex  
communi loquendi usu facile perce-  
ptibili. D. Joh. Ad. Osiand. ann. in libr.  
Hug. Grot. de I. B. & P. c. 16.

*VIII. Vir verax magis declinat  
in minus. 4. Eth. Nic. 5.*

Vir

Vir verax, in attinentibus ad personam propriam, declinat in minus non negative, disertis verbis insitiando, sibi inesse bonum, quod verè inest, adeoq; discēdendo à medio; sed affirmativè, minus videlicet tribuendo boni, quam habet, neutquam tamen excludendo majus. *Targ. Gallut.* expl. in c. 7. l. 4. *Mor. Arist.* p. 828.

*IX. Qui tacet, consentire videatur.*

Valeat (1.) non in *casu ficto*, ut est taciturnitas, quæ consensūs ficti vim habet; sed in *casu vero*. *Mynsing.* cent. 2. sing. observ. 34. (2.) Neque in *damnoſis & turpibus* ex silentio illicet inferri debet consensus; sed in *caſis favorabilibus & appetendis* trahi illud potest ad consensum. *Dn. Bened. Car-* prov. cent. 1. decif. 77. *Imprimis D.* *Adr. Beier*, exerc. anal. ax. de const. tac. ad c. 43. de R. J. in 6..

*X. Veritas vetat mentiri.*

Non tamen id poscit veritas, ut

K 3.                    *semper*



semper & ubique manifestetur, etiam contra legem taciturnitatis & datam fidem; sed ut interdum prudenter occultetur, si gloria DEI, salus proximi & conscientia nostra requirat.

*XI. Non est licitum, uti equivocationibus.*

Procedit non de *equivocationibus Logicis*, vocumque inflexionibus; vel de *Rheticis*, quæ partim necessariò in defectu vocum, partim liberè exercitiū vel ornatū gratiâ sæpiùs adhibentur; sed de *Politicis*, h. e. elusionibus, & mentalibus reservationibus, quibus aliud significamus verbis, & aliud sub pectore gerimus, ad eludenda interrogata, & decipiendum illum, quo cum loquimur.

*XII. Fabulæ, apologi, & Rhetorū tropi non sunt mendacia. Aug. in epist. ad Gal.*

Non enim horum *sensus*, qui apparet falsus; sed *scopus* spectetur, quatenus

nus adducuntur animo bono, honeste  
scil. delectandi proximum , aut repre-  
hendendi vitia pravosque mores , vel  
instituendi alios in rebus utilibus &c.  
*Hülfemann. extens. Br.l.c.th.23. Glass.*  
*Rhet.sacr.tr.1.c.19.*

*XIII. Qui mendaciis delectatur,  
filius est Diaboli.*

Mendaciis scil. non merè jocosis , vel  
pure officiosis , quæ in politicis aliquan-  
do merentur laudem ; sed perniciosis  
qui solet delectari, is ratione imitatio-  
nis filius Diaboli denominari potest.

*XIV. Omne mendacium per se  
est pravum & vituperio dignum.*  
*4. Eth. Nic. 7.*

Verba Philosophi non sunt acce-  
ptanda de mendacio populariter & abu-  
sive dicto, quo diversitas quædam ve-  
ritatis , seu prudens ejus occultatio si-  
gnificatur. [Tale putatur mendacium  
jocosum , quod salvâ honestate dele-  
ctat ; seu merè officiosum , quod sine  
alterius detimento prodest : quod

K 4

ad e



ad eò clarum, ut Augustino rigido veritatis exactori eo in loco, [L. contr. mend. c. 10.] quo mendacium omne damnavit, expressum sit: *Licet veritatem occultare prudenter sub aliquâ dissimulatione, referente Du. Conringio Ibr. de Civ. prud. c. 2 p. 20.]* sed de mendacio propriè sumpto, quo contrarietas & pugna veritatis, quam aperte profiteri tememur, notatur. [Quale est malitiosum, quod studio iniquè fallendi securus ac res ipsa est, & cor sensit, aliquid pronunciat. Et de hoc laudatus Conringius l.c.p. 21. Non aliud, inquit, mendacium DEVS odit, quam quod cum iniuriâ est conjunctum: nec alias quam malas & in perniciem innocentum excogitatas fraudes aversatur: eoque in sacris literis mendacium quando prohibetur, solet addi, ADVERSVS PROXIMVM.]

### XV. Mendacia dissonant.

Non unicè à veritate, à quâ longissimè distant; sed & inter se, unde mendacem oportet esse memorem.

### XVI. Men-



XVI. Mendacium non unicè sermone, verùm etiam silentio interdum committitur.

Non quidem silentio absolute tali, ex quo neque de cordis cum re consensu, neque de ejusdem dissensu judicium peti potest; sed silentio ejusmodi, quod annexum habet signum fallens, quo vel cōsensus vel dissensus cordis notatur.

XVII. Simulatio deterior est dissimulatione. 4. Eth. Nic. 7.

Deterior habetur non simpliciter & absolute, fieri quippe potest, ut dissimulatio gravior sit ipsâ jactantiâ seu simulatione, quatenus in damnum proximi dirigitur; sed secundum quid, quatenus simulatio conjuncta est cum injustitiâ, & minus accommodata ad jucundam conversationem, ad quam tamen alias homo maximè est natus,

i. Pol. c. 3. & l. 3.

c. 4.


\* \* \*

\*

K §

CA-





## CAPVT XI.

DE

## JUSTITIA ET JURE.

R. LUDOVICO CHRISTIANO  
Grebeneri / Giessa-Hasso.

**V**Idimus hactenus illas virtutes, quæ nos ipsos potissimum respi-  
ciunt; sequitur nunc ea, quæ in com-  
muni societate politicâ imprimis ad  
alios dirigitur, diciturque JUSTITIA,  
quam ita definimus:

JUSTITIA est virtus, quâ homi-  
nes idonei efficiuntur ad volendum &  
agendum justa. 5. Ethic. Nic. c. i. & l. i.  
Magn. Mor. cap. 31. & lib. 4. Eud. c. i.  
& 3.

Huic opponitur injustitia.

INJUSTITIA est vitium, quo ho-  
mines prompti redduntur ad volen-  
dum & agendum injusta. 4. Eud. c. i.  
Justi-

Justitia duplex est, vel universalis,  
vel particularis. s. Eth. Nic. c. 2. & 3.

Justitia **U N I V E R S A L I S** est vir-  
tus, quâ omnibus legibus obedientia  
præstatur, & societas publica inter ho-  
mines conservatur. s. Eth. Nic. 3. *Hac*  
*virtute ARISTIDES inter Grecos adeò excelluit, ut cognomine* *V-*  
*STVS fuerit appellatus. Corn. Nep. in*  
*Aristid. Similiter EBERHARDVS,*  
*Dux I. Würtembergiæ, laudatissimus*  
*Academie Tübingensis Fundator, de quo*  
*ob summam justitiae administrationem*  
*subditi dicere soliti sunt: Si Deus non*  
*esset, Dux noster Deus esse posset. D.*  
*Grafe, Amicus singularis disc. Pol. de*  
*Leg. §. 62.*

Oppositum ejus est *injustitia uni-*  
*versalis.*

**U N I V E R S A L I S** *injustitia* est vi-  
tium, quo obedientia omnibus legibus  
debita violatur, & societas publica  
turbatur. s. Eth. Nic. 3. *Hujus vitii ac-*  
*cusantur ANTHROPOPHAGI,*  
*Scythia populi, qui neq; legibus neq; iu-*  
*diciis*

diciis ullis utebantur. Herodot. l. 1. Et CYCLOPES, qui jura negarunt sibi nata. Matth. Wensembe. in parat. ff. de just. & jur. l. 1. tit. 1. num. 3.

Justitia PARTICULARIS est virtus, quæ in rebus externis æqualitatem observat, ut unicuique id, quod ei debetur, tribuatur. 5. Ethic. Nic. 2.

Estque vel distributiva, vel commutativa, 4. Eud. 2.

Justitia DISTRIBUTIVA est virtus, quæ in rerum dividendarum distributione, habitâ ratione personarum, aliarumque circumstantiarum, æqualitatem observat. 5. Eth. Nic. c. 3.  
*Huc* pertinent tam honores & præmia, quam munera atque onera pro Reipublicæ salute ferenda, quæ xari oīzian secundum dignitatem & conditionem personarum & rerum distribuenda. Et hanc virtutem omni studio sectatus est S.A. M V E L, gravissimus populi Israëlitici index, I. Samuel. XII. 3. sqq. & Syr. XLVI. 22.

Justi-

Justitia COMMUTATIVA est virtus, quæ in rerum commutatione & contractibus, nullo habito personarum respectu, servat æqualitatem. §. Ethic. Nic. c. 4. & l. 4. Eud. c. 4. Exempla hujus virtutis adducitur M V T I V S S CÆVOLA, Pontifex maximus, qui, cum aliquando fundum emisset, eumque, postquam vidit, pluris estimaret, quam emerat, addidit pretium majus. Cic. l. 3. offic.

Oppositum utriusque justitiae (tum in excessu, tum in defectu) juxta Phil. l. 5. Eth. Nic. c. 3. & l. 1. Magn. Mor. c. 34. & l. 4. Eud. c. 3.) est injustitia particularis.

Injustitia PARTICULARIS est vitium, quo in distribuendis, commutandisque rebus externis æqualitatem violamus. Hoc vitio laborarunt FILII SAMVELIS, qui judices constituti avaritiæ sese dederunt, acceperuntque dona, & perverterunt judicium, I. Sam. VIII. 3. Injuste quoque egit CYRVS, dum vestem breviores majoris pueri dedit

dedit minori, & longiorem minoris majori adjudicavit. Xenophon.l.i.Cyropæd.

Effectus justitiae est jus.

Jus est legis præscriptum, quod recta ratio præscribit hominibus in mutua societatis usu observandum.

Dividitur jus in Naturale, Gentium & Civile l.i.Inst.Just.tit.2.

Jus NATURALE (alias jus Gentium primævum ita dictum) est, quod ex instinctu naturæ rationalis omnibus hominibus inter se commune est: *Hujus principia practica sunt: Deus est colendus, Parentes sunt honorandi, Nemo est laedendus, Suum cuiq[ue] est tribendum.* [Huc ab Illustri nostro Strauchio, Patrono venerando, Successio liberorum in bona parentum in Grat. Concil. p. 13. quoque retetur.]

Jus GENTIUM (secundarium à nonnullis dictum) est quod ex consensu populorum illis omnibus, aut ferè omnibus est commune: *Huc pertinent divisiones bonorum, dominia, commercia, contractus, bella, quemadmodum*

*subti-*

subtiliter explicat subtilissimus jam laudatus *¶ Cetus diss. I. de nat. Jurispr. aph. 5.*

Jus CIVILE seu positivum est, quod Majestas peculiariter ad Reipublicæ , cui præest , salutem constituit: *Et hoc distinguitur pro varietate Rerum publicarum in varia jura , putâ Romanorum, Atheniæsum, Lacedæmoniorum, Polonorum, Saxonum &c. de quibus omnibus *¶ Ceti* prolixius & accuratius Lectorem edocere poterunt, quibus hæc diducenda relinquimus.*

Oppositum juris est injuria.

**I N J U R I A** est juris violatio, quâ quis sciens & volens alicui invito præter meritum damnum infert. *s. Ethic. Nic. c. 6. & 9.* Hoc vitio **F R A T R E S** Josephem sese contaminârunt, qui Josephum tunicâ talari & polomytâ nudaverunt, & incisternam veterem miserunt, nec non ex erahëtes eund. de loco sordido, eum Ismaëlitis viginti argenteis vendiderunt, *Gen. XXXVII. 23. sqq.* Similiter **C O R I N T H I I**, qui Romanorum Legatos steroris injectu, pro concione violârunt, *Sabell. l. 4. c. 9.*

Juris



Juris moderatrix est æquitas.

ÆQUITAS est conveniens juris interpretatio, eâ parte, quâ lex deficit propter suam generalitatem. s. Ethic. Nic. c. 10. & I. 2. Magn. Mor. c. 1. & lib. 4 Eud. c. 8. Ita lex scripta furem malitiosum suspendere juber; æqualitas vero, habitâ ratione circumstantiarum, pauperem alioquin probum, qui panem tempore extremæ famis est furatus absolvit, aut poenam ordinariam in extraordinariam mutat. Sic S A V E filium suum Jonathanem secundum jus rigidum capite damnavit, secundum æquitatem ad intercessionem populi absolvit, I. Sam. XIV. 43. sqq.

Extremum ejus in excessu est strictum jus, in defectu omisfactia.

STRICTUM & RIGOROSUM  
Jus est stricta verborum legis interpretatio, post habitâ omni moderatâ & benignâ explicatione: Ita M A N L I -  
V S T O R Q V A T V S interfecit filium, quod contra edictum Patris cum hoste etiam feliciter pugnaverat. Liv. l. 8.

Suxg-

Συνφανία seu CALUMNIA est callida & malitiosa juris interpretatio in fraudem alterius facta: *Eiusmodi Sycophanta fuit PERICLES, qui incoluntatem hostibus promittebat. si ferrum deposuissent; quod cum ficerent, interfecit omnes, qui ferreas in sagis fibulas habebant.* Frontin. l.4.c.7.

## AXIOMATA.

I. *Justitia in se virtutes continet omnes.* Theog. & ex ea Arist. s. Ethic. Nic. I.

Valet non de *justitiâ particulari*, quæ peculiaris species est virtutis moralis ab aliis distincta; sed de *universalis*, quæ sumitur pro universâ erga leges observantiâ, quâ salus publica promovetur.

II. *Justitia universalis est ὁλη ἀρετῆ, πᾶσαι ἀρετῆ.* Plato l. i. de legib. Arist. l. s. Ethic. Nic. c. 3.

*Justitia hæc non est particularis aliqua virtus, seu pars virtutis, reliquis virtutis.*



virtutibus contadistincta ; sed universalis seu universa virtus , quatenus videlicet omnium virtutum sibi habet objectum propositum , & in quantum actus omnium virtutum ad commune bonum referre docet . Thom . 2.2. qu . 58. art . 5. n . 322.

*III. Justitia universalis & virtus moralis differunt. Ar. 4. Eud. c. 1. & 2.*

Differentia hæc non in distinctione reali sive modo essendi , quasi toto esse differant ; sed formaliter seu modo considerandi consistit , ita ut eadem actio in se spectata dicatur VIRTUOSA , quatenus ad possessorem , quem perficit , refertur ; in usu vero & exercitio ad alios relata vocatur JUSTA , quatenus alius inservit , & Reipublicæ non-nihil commodi affert . Theod . Zwing . in schol . l . 1 . Arist . de mor . c . 1 .

*IV. Injusti omnibus vitiis sunt oppleti.*

Intelligendum est non de vitiis incompossibilibus , quasi injustitia universalis



salis secūdūm suam latitudinem in uno individuo humano esse possit , quod mutua vitiorum repugnantia nunquam permittit ; sed de *compossibilibus*, ita, ut iustitantum vitiorum in se recipiant , quantum in eodem subjecto consistere possunt.

*V. Justitia non ineptè constans & perpetua dici meretur voluntas. Vl-*  
*pian. l. 10. in pr. ff. de just. & jur. & lib.*  
*l. Instit. just. tit. 1.*

Loquimur non de voluntate formaliter & abstractivè acceptâ , quæ nudam animæ facultatem notat , quo sensu voluntas à *Piccolomineo* grad. 4. c. 12. subjectum virtutis , & à *Pacio* in notis ad Inst. alio respectu causa virtutis dicitur ; sed de voluntate concretivè sumprâ , quâ facultatem habitu iustitiae praeditam importat , vel ipsum voluntatis habitum significat . *J. Strauchius* , diss. c. aph. 3.

*VI. Justitia est habitus constans & perpetuus.*

Justi-



Justitia moralis vocatur habitus  
constans & perpetuus non ratione exi-  
stentia, in hypothesi & in actu exercito,  
prout huic vel illi homini inest, & ab  
eodem exercetur, qualis constantia &  
perpetuitas nullius hominis est, verum  
solus Dei; sed partim ratione essentia,  
in thesi & in actu signato, quatenus se-  
cundum se & in universalis conceptu  
repräsentatur, & justitiam profitenti  
inesse debet; partim ratione intentio-  
nis & propositi justè agendi, ut nempe,  
quantum in se est, non saltem in uno,  
vel altero, sed & in omnibus aliis ne-  
gotiis suum cuique tribuere, neque vel  
propter avaritiam, vel metum, vel vo-  
luptatem, vel ullum alium affectum à  
justitiæ tramite defletere velit. B. Ta-  
bor, Cancellarius Academiæ nostræ  
quondam meritissimus in Coll. Jur.  
Rom. & Francof. ad tit. i. Inst. anal gen.  
th. i. Ejusdemque Successor dignissi-  
mus, inclitus noster Straubus i.e.

VII. Justitia suum cuique tribuit,  
s. Ethic. Nic. 2.

Proce-

Procedit non de *justitiâ universalis*, quæ omnes vitæ humanæ actus, honestati legibusque conformes complectitur; sed de *particulari*, quæ tanquam peculiaris virtus à reliquis virtutum actibus distincta jus suum cuique tribuit, quod cuique debetur ex præcepto *justitiæ non universalis*, sed *particularis*, ut eleganter nunquam satis laudatus *Dn. Strauchius l.c.* monet.

*VIII. Justitia est ἀνότερον αγαθὸν, bonum alienum. s. Eth. Nic. c. 5. & l. 4. Eud. c. 14.*

Dicitur bonum *αὐτόν* non quatenus *justitia* consideratur *in se*, ut *habitus*, sic enim est *αἰκήσις*; sed quā spectatur *ut habitus agens*, secūdūm *praxin* & *usum*, dum videlicet *actiones maximè alienæ utilitatis*, & quidē *Reipublicæ gratiâ*, cui inservit, edit. 3. *Pol. c. 8.* [Hinc non ineleganter *Cicero l. 2. de Republ. Justitia*, inquit, *foras spectat, & totam se ad alienas utilitates porrigit atq[ue] explicat*] *Thom. l.c. art. 2. n. 319.*

*IX. In-*



*I X. Injustior est, qui plus distri-  
buit, quam qui plus accipit. s. Eth. Nic.  
10. & l. 4. End c. 7.*

Valet non de *distributore ignorantе*  
*& inscio*, ab alterнtrа parte decepto;  
sed de *sciente*, & ex liberа voluntate agē-  
te. Targ. Gall. inexpl. c. 9. l. 5. mor. Ar.

*X. Justitia commutativa versatur  
circa contractus. s. Eth. Nic. 5.*

Valet non tantum de *ouvathayμαν*  
seu *contractibus voluntariis* & stricte  
ita dictis, in quibus adest tum ex parte  
dantis, tum ex parte accipientis volun-  
tas; sed & de *involuntariis, invitio*  
(scil. ratione patientis) & *contractibus*  
*late acceptis*: & quidē partim de *clan-  
destinis*, qui nobis planè ignorantibus  
accidunt; partim de *violentis*, qui qui-  
dem nobis scientibus, attamen præter  
*consensum nostrum & voluntatem fi-  
unt*. [Causam, cur involuntariis con-  
tractibus illud nominis sit impositum,  
reddit Michaël Ephesius comm. ad l. 5.  
*Eth. Nic. c. 2*, *Est hic, inquiens, quo-*

*dammo-*

dammodo datio & acceptio, in quibus  
consistit natura contractuum: nam qui  
res aut aliquid suratus est, pro eo das  
pœnas.] B.Tabor, Jurispr. Elem. p. 3.  
sect. 4. th. 5. Dn. Strauch. disp. de contr.  
Princ. c. 1. n. 5. Et Dn. Joh Rebhan. Fau-  
tor suspiciendus, hodeg. Jur. chart. 2  
clim. 3. par. 2. th. II.

### XI. Pœnarum irrogatio est justi- tiae commutativa.

Minùs rectè pœnarum inflictio ad  
justitiam refertur distributivam : Et  
enim (1.) actus justitiae comutativæ non  
fit publico nomine totius communita-  
tis, cuilibet parti & membro suum  
debitum & partem de communi bœno  
adjudicantis; sed privato quasi nomine,  
ad eò ut membra illius communitatis  
singula exinde portionem nullam ex-  
pectent. (2.) Objectum, scilicet pœna  
neque omnibus illius communitatis  
partibus est communis; sed est particu-  
laris, concernens tantùm illos, qui ean-  
dem promeriti sunt. (3.) Subjectum &  
hic



hīc non debet attendi , ut est mem-  
brum seu pars totius communitatis &  
Reipublicæ, sive in quantum est *civis* ;  
sed quatenus *vitia*, flagitia & deli-  
cta perpetravit , adeoque in quantum  
*homo est facinorosus* , *maleficus* & le-  
gum prævaricator. (4.) Neque hoc  
loco primariò & per se habetur respe-  
ctus personæ , quo modo hīc spectatur  
æqualitas inter culpam & pœnam , ne  
videlicèt delictis supplicia sint gran-  
diora ; sed secundariò & per consequen-  
tiā , ut videlicèt damnū passi , vel per-  
sonæ delinquentis qualitas spectetur.

*D. Hahn.* dissert. de just. & Jur. pol.  
19. [Siquidem omnino in eum acer-  
bius animadvertisit , qui sæpè com-  
misit eadem , quam qui semel tantum : qui  
consulto , quam qui ignoranter ; qui  
Magistratum , aut Patrem violat , quam  
qui extraneum , ut bene observat *We-  
sembec.* in comm. in parat. ff. lib. I. tit. I.  
de Just. & Jur. n. II. ] *Hernej. Phil. Mor.*  
I. 3. c. 13. n. 7. lqqq. *Scheurl. Phil. Mor.*  
diss. 14. th. 26. lqqq.

XII. Cre-

XII. *Crescentibus delictis , exasperanda sunt pœnæ. Farin. I. i. de del. & pœn.*

Valet non de pœnâ immoderatâ, quâ totum genus pœnæ immutatur , & modus istius planè exceditur ; sed de moderatâ, quæ (gravior pœna) tum demum, ubi delicta solitâ pœnâ coerceri nequeunt , rectè ex utilitate Republicæ decernitur. [ *Scilicet quia mensura pœnarum in foro humano non est sola peccatorum gravitas in se, sed eadem conjuncta cum respectu ad usum Republicæ, ut loquitur Sam. Pufendorfius in Elem. Jurispr. I. univ. l. i. c. 21. §. 11. ] Rachel. disp. Phil. de pœn. th. 26.* ]

XIII. *Judex judicare debet secundum conscientiam.*

Agimus hîc i(1.) non tam de *inferiori aliquo judice*, qui ad superiorem deferre potest casum dubium, & innocentem testimoniô suô etiam juratô, si hoc modo illi consuli possit , juvare :

L. ( licet )

(licet & ille, si ipsi judicandum, non contra, sed secundum conscientiam pronunciare debeat) sed de *superiori*, qui ad minimum jus de non appellando obtinet. (2.) Non de conscientia facta & fucata alicujus rei, quâ Judex vel ex preconceptâ opinione, vel vago rumore, vel ex arbitrio & affectu aliquid decernit & statuit; sed de certa & explorata rei scientia, quâ Judici per ocularem inspectionem, vel alia certa & infallibilia media, de veritate facti & innocentia accusati certissime constat. *B. Balduin.* *Cas. Consc.* l. 4. cap. 12. cas. 6.

*XIV. Iudex non mitior debet esse lege.*

Valet non in *levioribus* & *occultis* vitiis, ubi causa aliqua mitigationis appetet, & sine scandalo factum potest remitti; sed in *atrocioribus* & *notoriis criminibus*, ne materia delinquendi ob speratam impunitatem praebatur, sed scelerati atrocitate supplicii deterreantur. *Rachel.* l. c. th. 80. sqq.

*XV. Ibi*

XV. *Judicem simul & actorem esse, inconveniens est.*

Procedit de *Judice* considerato non in *sensu diviso seu materiali*, quo quis in diversâ causâ, citra iniquitatis suspicione, & *judex & actor esse* potest; sed in *sensu composito & formalis*, quo maximè repugnat, ut quis in unâ eâdemq; causâ simul *judex & actor sit*. *B. Meisn. Phil. Socr. part. 3. l. 2. c. 5. c. 5.*

XVI. *Jus naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Lib. 1. Inst. Just. t. 2. & in ff. de Just. & Jur. l. 1.*

Verum est non de *jure naturali propriè accepto*, quo concessò, concedenda erit ratio inter bonum & malum distinguens, voluntas unum præ alio eligens, *justitia moralis suum cuique tribuens*; sed de *impropriè, abusivè & tantum secundum quid ita dicto*, quatenus sumitur pro solo naturæ instinctu & inclinatione homini cum brutis communi, absque ullo & rationis &

L 2 judi-



judicij temperamento , ut loquitur  
*D. Ludv. vell.* in Comm. ad lib. i. Inst.  
 Just. tit. 2. n. 2. Consul. *Dn. Eiben*, Col-  
 lega quondam , & Amicus jugiter colen-  
 dus Diss. de Jur. Nat. pos. 3. Et *Dn. Mauritius* Commensalis olim & Fau-  
 tor perpetim honorandus spec. diss. de  
 princ. Jur. publ. cap. 4. sect. 1. th. 4.  
 sqq. num. 9. sqq.

*XVII. Jus naturale est axinuor,  
 immutabile. 4. Eud. 5. & l. 5. Eth.  
 Nic. 7.*

Sermo nobis est (1.) non de jure  
 naturali *negativo seu permissivo* , quod  
 neque à naturali ratione præcipitur,  
 neque prohibetur, verum aliquid fieri  
 solum permittit ; sed de *positivo seu  
 præceptivo* , quo jubendo vel vetando  
 aliquid præcipitur. Non (2.) de  
*principiis juris naturæ particularibus* ,  
 quo pacto jus naturæ vel ob pravam  
 naturæ dispositionem , vel ob inverte-  
 ratam malam consuetudinem & ac-  
 quisitos vitiosos habitus , vel ob per-  
 versam persuasionem ex mente hujus  
 vel

vel illius hominis aboleri. & ita oblite-  
rari potest, ut ab aliquo penitus igno-  
retur, aut contrarium verum esse cre-  
datur; sed de *communissimis & univer-*  
*satissimis* iuriis naturalis præceptis quæ  
nunquam ex animo hominis rationis  
compte ita extirpantur, ut non inter-  
dum cogitationibus sese offerant, et-  
iam in sceleratissimo, & conscientiam  
vellicent. (3.) Nec de *conclusionibus*  
ex principiis iuris naturæ formatis,  
quæ ad *specia'iora* descendunt, adeo-  
que pro variatione subjecti, aut obje-  
cti aliarumque circumstantiarum va-  
riè applicari possunt; sed de *principiis*  
iuris naturæ *in se spectatis*, quæ per se  
sunt perpetuæ veritatis, adeò ut muta-  
tio, si adesse videatur, non sit vera, sed  
tantum apparens: si quidem non lex  
ipsa, verum legis tantum applicatio &  
actionum circumstantiæ mutantur.  
*Meisn.* diss. de Leg. l. 3. q. 8. & 9. *Calixt.*  
epit. Theol. Mor. part. 1. tr. de Leg. p.  
49. sqq. *Horn.* l. c. l. 4. c. 3. n. 29.

*XVIII. Ius talionis observari per justitiam non potest.* s. Eth. Nic. 5.

Intelligitur non ius talionis *utrumque* & proportionale, quo pro ratione circumstantiarum redditur idem, non quod simpliciter, verum ratione estimationis & æquitatis tale est, quod ubique observare tenemur; sed *utrumque* *litteratum*, *nudum* & *simplex*, quo à delinquentibus eadem & ejusdem generis pœna exigitur, Exod. XXI. 24. quod nunquam in justitiâ distributivâ, sed rariissime in justitiâ commutativâ habet locum.

*XIX. Injuria quandoque missanda potius, quam vindicanda.*

Loquimur non de *injuriis* *gravioribus* & *atrocioribus*, aut *repetitis*, quo in casu licet injuriam viro bono legitimè vindicare; sed de *levioribus*, quæ famam & existimationem nostram minimè lœdunt.

*XX. Volenti non sit injuria.* s. Eth. Nic. 9.

Intel-

Intelligendum hoc de voluntate (1.) non depravatâ & defectu aliquo laborante, respectu cuius maximè alicui fieri potest injuriâ; sed de recte compositâ & regulatâ. (2.) Non de cōditionatâ, sed simplici & absolutâ. (3.) Non de semi-plenâ, sed plenâ & integrâ. (4.) Non de tacitâ, sed expressâ. Neque (5.) de injuriâ generali eisive materialiter acceptâ, quæ notat quodvis damnum & detrimentum, immo omne id, quod non jure fit, l. 4. Inst. Just. tit. 4. sed de injuriâ specialiter eisive formaliter tali, quæ contra voluntatem patientis invito infertur. D. Horn. l. c. l. 3. c. 13. n. 32. B. Wendeler. phil. pract. sect. 2. c. 10. q. 5.

### *XXI. A solo volente infertur injuria.*

Non autem quemvis volentem iratè lectum volumus; sed eum solum, qui habet plenum rationis & judicii usum, de quo verum pronunciamus illud Seneca l. 2. de irâ c. 26. *Nulla est injuria, nisi à consilio profecta.*

*XXII. Aequitas est correctio juris. 5. Eth. Nic. 10.*

Procedit (1.) Non de *equitate* cerebrinâ & fictâ, quæ potius dicenda iniqitas, quando est contrâmentem Legislatoris; sed de *informata* & verâ, quæ Legislatoris menti & voluntati est conveniens. *Dn. D. Mollenbecius, Compater & Collega amicissimus Cent. I. Div. Jur. XV. n. 6.* (2.) Non de *correctione* *juris destructivâ*, quæ in jure ipso defectum aliquem arguit; sed de *perfectivâ*, quæ legis in eâ partie, quâ propter universalitatem in aliquo singulari casu deficere videtur, suppletionem, ejusdemque dextram ob varias facti circumstantias in eâdem non expressas interpretationem notat. (3.) Non de *jure* solùm *positivo humano*; sed & de *jure divino*, docente *Cellar. Pol. I. 2. c. 8. th. 35. &c naturals, monente Job. à Felde Elem. Jur. Univ. part. I. c. 9. n. 5. & 8.* quandoquidem & hæc jura verâ legislatoriæ intentionis explicatione indigent,

*XXIII.*

*XXIII. Summum ius summa  
injuria est. Cic.*

Valet non de *summo iure in se*, per  
*se & ratione constitutionis* considerato,  
*quod ratio recta dicitat, quodq; cum*  
*jure divino & naturali convenit*, unde  
*quò magis est summum*, eò habetur  
*perfectius*; neque de *legitimâ illius ad-*  
*ministrâtione ex bono & æquo profe-*  
*câ*; sed de *rigorosâ* (non sensùs, sed)  
*verborum juris universaliter positi*,  
*neglectis omnibus circumstantiis, in-*  
*terpretatione, ejusdemque rigidâ, in eo*  
*videlicet casu, de quo litera juris prin-*  
*cipaliter non loquitur, executione. B.*  
*Luther. tom. 7. Jen. Germ. fol. 376.*  
*Ejusd. Coll. Conviv. anno 1570. edit.*  
*fol. 514. B. Tabor, lect. feud. pens. tert.*  
*epiph. 1. Et B. Praceptor fac. Mart.*

*cent. 1. qu. illustr. disp. 2.*

¶ 2.

**I S CAPUT**





C A P V T   X I I .  
D E  
S E M I V I R T U T I B U S.

R. JOHANNE FRIDERICO Winteri/  
*Wormatiensi.*

**D**E virtute morali perfectâ ejusq;  
speciebus hactenus à nobis a-  
ctum fuit; ordo postulat, ut semivir-  
tutem & virtutem Heroicam quoque  
breviter lustremus.

S E M I V I R T U S autem nihil est a-  
liud, quam dispositio mediocritatem  
servans, sed cum aliquâ difficultate, af-  
fectibus rationis imperio reluctanti-  
bus, & ægrè parentibus.

Estque vel continentia, vel toleran-  
tia.

C O N T I N E N T I A est semivirtus,  
mediocritatem servans in voluptatum  
cupiditatibus rectæ rationi adversan-  
tibus,

tibus, cum dolore quodam & gravi appetitus luctâ. 7. Eth. Nic. 4. *Illustre exemplum præbet HERCVLES, qui, cum duas cerneret vias, unam voluptatis, virtutis alteram, incertus mentis, quænam via ineunda esset, ut sibi consuleret, tandem spretâ voluptate, delegit virtutem. Xenoph. l. 2. memor.*

Extremum continentia in excessu est incontinentia, in defectu nomine caret.

**I N C O N T I N E N T I A** est semivitium, quo quis, ratione renitente, à prævis cupiditatibus ad peccandum pertrahitur.

Estque duplex, vel præcipitantia, vel infirmitas. 7. Ethic. Nic. 7.

**P R A E C I P I T A N T I A** est incontinentia, quâ quis subito, non vocata priùs in consilium ratione, ab effectu vehementiori ad delinquentum abripitur : *Hac videre est in AL EXANDRO M. de quo Curtius lib. 8. cap. 1. refert, quod in precipiti irâ impotens animi, vigili excubanti hastâ ablatâ, Cyrus transfixerit.* IN-



**I**NFERMITAS est incontinentia, quâ quis rationum momentis expensis aliquandiu cupiditatibus resistit, tandem tamen ab iisdem superatus ad peccandum trahitur: *Hujus exemplum se sifit MEDEA, apud Eurip. discens: Vide o meliora, proboque, deteriora sequor.* De hac ipse etiam PAVLVS conqueritur: *Non quod volo, inquiens, bonum, hoc ago; sed quod odi malum, illud facio. Rom. VII. 15. & 19.*

**I**NDEFECTU est semivitium, quo quis voluptates adeò averatur, ut ne propter honestam voluptatem quidem aliquid laude dignum suscipiat. Exempla deficiunt, nisi DIogenem forè dignum judicemus, qui huc referatur.

**TOLERANTIA** est semivirtus, mediocritatem servans in rebus adversis & laboriosis honestatis gratiâ perferendis, cum dolore, molestiâ & luctâ affectus: *Has præprimas eluxit in MAXIMILIANO Imperat. qui laborum ita patiens fuit, ut in multam noctem res magnas egerit, ac proinde*

B.I.C.

B. J. C. I ieterichio. Brev. hist. pag. 97. otie  
Et vanitatum osor audias.

Extremum ejus in excessu est pertinacia, in defectu mollices.

PERTINACIA est semivitium, quo quis ex metâ animi obstinatione, quosvis dolores adversaque citra ultimum honestatis respectum perfert. 7. Eth. Nic. 9. Exemplum vitii hujus nobis præbere possunt PVERI SPARTANI, verberibus sic excepti, ut multis è visceribus sanguis exiret, quorum tamen nullus unquam exclamavit, imo ne quidem ingenuit. Cic. lib. 2. Tusc. quast.

MOLLITIES est semivitium, quo quis nullas planè molestias aut dolores, honestatis causâ, fustinere vult. 7. Ethic. Nic. 7. Ita SAVL & CATO Uticensis in proprios incumbebant enses, intolerantes captivitatis fibi imminentis.

### AXIOMATA.

I. Semivirtutes dicuntur imperfectae.

Non



Non imperfectione essentiali , quæ prorsus non datur ; sed graduali, dum respectu virtutum perfectarum minùs firmiter in subiecto sunt radicatae.

*II. Tot sunt semivirtutes , quot sunt virtutes.*

Non nominatim, quo sensu ob considerationem generalis objecti, quod voluptas est & dolor. 2. Eth. Nic. 3. duæ tantum certis nominibus recensentur semivirtutes ; sed quoad rem ipsam, seu initia virtutum , quia tot sunt initia constituenda , quot complementa. Piccol. Phil. Mor. gr. 3. cap. 14.

*III. Continentia versatur circa voluptates. 4. Eth. Nic. 4.*

Non in specie circa eas tantum , quæ ex gustu & tactu percipiuntur ; sed circa omnes in genere, quæ moderamine aliquo opus habent.

*IV. Continentia circa voluptatem est abstinentia.*

Est abstinentia non omnimoda ; sed talis, quâ quis abstinet ab illis et immoderatis.

moderatis voluptatibus , quibus frui , prohibet honestas.

*V. Incontinentis peccat sciens.*

*7. Eth. Nic. 3.*

Valet (1.) non *descientiam* (vel *potius notitiam*) *particulari*, applicando eandem ad præsentes actiones ; sed de *universalis*, cognoscendo, quid in genere honestum sit & laudabile, quidve turpe & vituperabile. (2.) Non de *scientiam actuali*, transferendo eandem in ipso opere ad præsens objectum; sed de *habituali*, retinendo videlicet facultatem cognoscendi turpitudinem facti præsentis , quod modò perpetrat. (3.) Neque de *scientiam solutam* , liberè eadem utendo ; sed de *veluti ligata* , ad tempus eandem in ipso scil. facto, quo affectu vehementiori prohibetur, minimè exercendo. *B.I.C.Dürr.* Amicus post fata adhuc colendus disp. de pugn. affect. & rationis th. 18. 19. *Ejusd.* probl. Mor. 95. *Rachel.* disp. de scient. & ignor. incontinentis.

*VI. In-*



*VI. Incontinens non simpliciter  
pravus, sed semipravus habetur.*  
*7. Ethic. Nic. 8.*

Loquor non de *intemperante*, qui plenâ voluntate peccat, atque ex toto habitualiter malus est; sed de *incontinentे*, qui animi perturbatione invitus quasi ad peccandum abripitur, recordans sceleris, pœnitens & dolens. *Meier. comm. in l.7. Ethic. Nic. c. 1. concl. 34.*

*VII. Infirmitas deterior est præcipitantiâ.* *7. Ethic. Nic. 8.*

Laborans vitio præcipitantiæ non à leviori affectu & praeiente deliberatione vincitur, ut infirmitas; sed ab affectu validiore & fine deliberatione superatur.

*VIII. Nullus incontinens est prudens.* *7. Ethic. Nic. 10. & 6. Eud. 10.*

Valer non de *judicio imperitorum*, qui soleritiam & naturalem in agendo promptitudinem (quæ in incontinentे quandoque observatur) cum pruden-

tia

tiā confundunt ; sed de iudicio sanè  
sentientium, qui incontinentem quā ta-  
lem nunquam pronunciabunt pru-  
dentem.

*IX. Actio tolerantiae difficilior est,  
quām fortitudinis.*

Procedit de difficultate considerata  
non ratione objecti, quod unum idem-  
que esse potest; sed ratione agentis, qd.  
actio ex dispositione emanans magis  
ardua est & difficilior, quām actio ex  
habitū virtutis orta.

*X. Tolerantia occupata est circa  
dolores.*

Non tantūm circa eos, quos absenti-  
um voluptatum desiderium parit ; sed  
& circa hos , qui adversarum rerum  
præsentia proveniunt.

*XI. Mollities excusationē meretur.*

Valet non de mollitie voluntariā &  
acquisitā , quæ nostrā culpā & pravā  
consuetudine contrahitur ; sed de in-  
voluntariā, naturali & innatā, quæ ex  
vitio naturæ sive gentis, loci aut sexus,  
ætatis seu morbi oritur.





## CAPVT XII.

DE

## VIRTUTE HEROICA.

Ex. PHILIPPO ANDREA Giesweini,  
Giessa-Hasso.

**V**irtutem ordinariam tum perfectam, tuin imperfectam vidimus; restat virtus extraordinaria, quæ dici consuevit Heroica, cuius hanc damus descriptionem:

VIRTUS HEROICA est habitus animi divinitùs quibusdam extraordinariè concessus, ad ejusmodi actiones acerrimo impetu, felicissimoque successu obeundas, quæ alioquin communes hominum vires superant. 7. Ethic. Nic. i. Sic laudatur excellens fortitudo in IOSVA, SAMSONE, IVDITHA, ALEXANDRO MAGNO, GVSTAVO ADOL-

**ADOLPHO R. S.** Illustris temperantia in **ELIA**, **JOHANNE BAPTISTA & SCIPIOANE AFRICANO**. Castitas insignis in **JOSEPHO & SUSANNA**. Liberalitas eximia in **CIMONE ATHENIENSI**. Magnificentia inimitabilis in **SALOMONE**. Mansuetudo excelsa in **THEODOSIO Imperatore**. Admiranda humanitas in **PHOCIONE**. Eminens justitia in **MOSE, DEBORA, ARISTIDE & CATONE**. Incomparabilitas prudentia in **SALOMONE, ULYSSE & THEMISTOCLE**.

Extremum ejus in excessu est feritas, in delectu summa ignavia.

**FERITAS** (seu bestialitas) est vitium extraordinarium, quo homo, excusso rectae rationis judicio, omnique humanitate abjecta, bestiarum more, perpetrat ea, à quibus alias humanus animus naturaliter abhorret. 2. Magn. Mor. c. 6. Immani hoc vitio laborarunt **NERO**,



**N E R O**, qui matris suæ ventrem disse-  
cuit, locum, ubi delituiisset, visurus, Se-  
necamq; Praeceptorem ad necem compu-  
lit. Sueton. Ner.c.32.sq. Nec non. **J O-**  
**H A N N E S & H A N S** (vulgò ad  
differentiam dicti) Raumann / qui  
anno 1676. d. 8. Febr. S V. patrem  
Martinum Raumann / Molitorem Il-  
menhausensem in Comitatu Nidda-Has-  
so crude iter occiderunt. [ Quod atrocis-  
simum filiorum cōtra parentem faci-  
nus in perpetuam istius memoriam (s.  
quidem & sceleribus, consentiente Dn.  
Zieglero disp. de SCro Maced. c. 1. th.  
10. immortalitas aliquando constituitur)  
malo aliis, quām meis exprimere ver-  
bis : Ita autem Non-nemo :

Horrenda, inquit, narro,  
Narrata horre, quisquis impius es,  
Quisquis verò pīus, desce.

MOLITOR erat  
Non frugi, sed fruges consumere natu.  
Natos sui similes genuit,  
Hostes aluit,

Humi-

Homicidas sensit.

Materia litis mola erat,

Qua, ut sibi melius curreret,

Infanda moliebantur.

Duro Patris imperio pereasti,

ne Afinis suis pares amplius haberentur,

ducentos & quadraginta florenos

offerunt patri, ut molam auferant.

Sed cum emere non poterant,

interimere patrem decreverunt.

Sed audi cadi occasionem.

Cauponam adierat Genitor,

& cerevisiam tabaco, humida siccis per-  
miscens

cerebyrme cum nummis prodegerat,

ignarus,

ultimum noctis potum fore Thetidem.

Exinde incerto pede errabat

irâ, crapulâ, somno,

Tercaecus parens.

At non errabant Filii

Tardo ingenio, in scelere celeros,

Annis acerbis, maturis flagitiis,

Discordes alias,

WWNC

nunc in uno loco, & facinore conveniunt.  
 Minor igitur prima ad necem consilia,  
 major primam manum affert,  
 & carnem suā jam adoriuntur carnifex,  
 Filii jam non filii,  
 Sed scelerum patres  
 nihil in se habuerunt mite prater Jo-  
 HANNIS Nomen,  
 Caput petunt, tam corporis, quam domini.  
Quarie, quo telo? ligneo.  
 Ferrō enim nō indigebat homines ferrei,  
 quibus velnuda manus ielum est,  
 Siupente Naturā,  
 ut illi eripiatur vita, qui vitam dederat,  
 & quos infantes manu portārat sua,  
 ab adultoruī manibus, manibus tradatur.  
 Dum verò sic vitam inter & mortem  
 erat medius,  
 suos, ah! non suos allocutus Pater:  
**FILII, FILII, inquit, MALE VOBIS**  
**ERIT.**  
**MOLA MOLES ERIT.**  
 At illi molari lapide duriores,  
 Suos aures, Patris os terrā obturarunt  
Et, ne quid impietati defit,

in præterfluentem aquam dejiciunt,  
oculos ad loculos convertunt,  
Sed avara illorum spes in aquas delapsa  
vix novem obulos invenit.

Sic paulum digressi  
mortuum putabant, & mutum fore  
flagitium,  
si ad mutos pisces relegassent parentem,  
& obrutæ terræ linguae eripuisset clamore.

Sed en piam aquæ ultionem!

Vix unda ad Patrem, jam Pater ad  
sese paulum redierat,  
& ut Neptunus flagitia proderet,  
terram solvit, & linguam.

Et sic Aqua Patri vitam promisit,  
à qua mortem manaturam sperarant  
Filiū,

At ipsis elementis inclemens Filius  
natu major,  
Patri incubat, non secus ac si terram  
matrem premeret,  
& emergere laborantem magno labore  
submersit.

O clementes Busridis ara!

O non barbarabarbaries!

Neu-



Ne umanni vos mites reddiderunt,

Et quod magis mirere,

Soporem capere possunt scelerati,

Et omnia sopita credunt.

At vigilabant, quæ sopita videbantur:

Infaustum facinus muta fantur,

Proditorem omnia produnt,

Et fracto guteure vocalior Paer vivos  
citat extindit.

Raptantur Filii ad carceres,

Et quis sanguinis vinculo, nunc sanguineis  
vinculis alligati

igneis forcipibus lacinantur,

ut bene ardeat, qui male in Patrē arserūt.

At nondum inter hanc mortem

mortem invenere,

per longum vita trahum trahâ vehuncer,

ut per singula momenta mortale

horreant.

Maxima quippe miseria, animam intix  
cruciatus trahere, non tradere.

Deinde membra ægota rotâ torquentur

Demore, ut, qui passim ob molerotam

immolaverant,

per carnificis rotam consererentur.

Seit

Sed nondum semel accensa NEMESIS  
ira desit,  
in partes secantur,  
Et quod ad plagas eorū pertinet, quatuor  
cœli plagis exponuntur,  
in pluribus mortui locis,  
ut tanta scelera uno figi loco non posse  
sciremus,

Extra tumulum jacientes, qui vivi in  
flagitiorum tumulo jacuerunt.]

SUMMA IGNAVIA est vitium  
extraordinarium, quo homo ab omni  
honestâ actione abhorret: Exemplum  
hujus in se repræsentarunt olim SIBA-  
RITÆ, quorum lex hac fuit: Nemo  
nostrum frugi esto.

### A X I O M A T A.

I. Virtus heroica est divina. 7. E-  
thic. Nic. c. 1. l. 2. Magn. Mor. 6. & 6.  
Eudem. c. 1.

Divina salutatur non ratione subje-  
cti, quasi Deo secundùm illud materia-  
le, quo datur in homine, propria sit;

M sed



sed partim ratione *causæ*, quia peculia-  
ri instinctu divino comparatur, ( de  
quo ax. 5.) partim ratione *eminentia* &  
*similitudinis*, quia homo supra cōmu-  
nem illius confuetudinem constitutus  
Deo , quantum per humanam condi-  
tionem licet , mediante hac virtute  
similis redditur.

*II. Virtus heroica est omnium  
virtutum.*

Valet non solùm de *virtutibus mo-*  
*ralibus*, præcipue verò de illis, quarum  
major difficultas, dignitas & necessitas  
habetur ; sed & de *intellectualibus*, in  
quantum summus in iis gradus obtine-  
tur. *Piccol. Phil. de mor. gr. 6. c. 4.*

*III. Virtus heroica & communis  
differunt.*

Non *specie* , quatenus convenienter  
definitione virtutis communi, in eod.  
dantur subiecto, circa idem versantur  
objectum speciale, & ad eundem ten-  
dunt finem ; sed tantum *externo splen-*  
*dore & summo perfectionis gradu, quat.*  
videl.

videlicet virtus heroica est in eminentissimo statu supra communem sortem posita. Zwing. in ann. in l. 7. Ethic. Nic. i. p. 427.

*IV. Virtus heroica consistit in mediocritate.*

Non respectu sublimioris gradus & eminentia, quâ communes superat virtutes, & rectè extremitas vocatur; sed respectu rationis formalis, quâ &c hæc virtus ratione viri prudentissimi definitur, atque ita inter excessum & defectum constituitur. Thom. Sagitt. exerc. Eth. exot. 16. th. 2.

*V. Nullus unquam vir magnus extitit absque afflatus in vino. Cic. l. 2. de nat. Deorum.*

Intelligitur (i.) non afflatus immediatus, omnem disciplinam & assuefactionem excludens; sed mediatus, respiciens causas secundas, (præclaram scil. indolem, optimam institutionem & actionum virtuosarum continuationem) quas ita

M 2 in-



instruit, ut operi magno absolvendo pares esse possint. (2.) Non *influxus Dei generalis*, omnibus hominibus concessus; sed *specialis & extraordinarius*, quo aliqui saltem præ cæteris percelluntur. (3.) Nec *influxus seu afflatus specialior & gratosus strictè dictus*, renatis seu electis proprius; sed *specialis*, tam ad infideles extra Ecclesiam, quam ad fideles intra Ecclesiam pertinens, qui in operibus extraordinariis, ut & in singulari donorum & virtutum communicatione appetit.

**VII. Facta heroicas sunt supra communem regulam. Luth. in c. 22. & 29. Genes.**

Nos g. qui extraordinariis à Deo dotibus sumus destituti, imitemur Heroës non in iis, quæ sunt *mirabilia*, & supra vulgarem regulam; sed in his, quæ sunt *imitabilia*, quæque vocationi nostræ convenient, & ad omnes homines pertinent. B. Reinh. Bak. exp. Evang. Dom. X. post. Trin. obs. 3.

**VII. Exi-**

*VII. Exitus heroum est felicissimus.*

Non hic attendendum, quid per accidens Heroibus interdum contingere solet, ut vel vehementia spirituum, vel insolentia & malitia quādām seducti, semetipsos dent præcipites; vel fraude, invidiā, & violentiā aliorum circumventi, in extremas conjiciantur miseras; sed quid futurum sit ex intentione Dei, qui respicit insigne bonum per heroēs, actus heroicōs exercentes, gloriōsē exhibendum. D. Mengering. im Bericht / wie ehemals tapffere Kriegs-Helden plötzliches Todes verfahren / über den Todesfall Gustavi Adolphi R.S.

*VIII. Virtus heroica in utrumque cadit sexum.*

Non tñ. uno modo & aequali gradu; sed diversimodè & gradu diffari, ita ut eadem crebrius & majori cum splendore in viris, quam in fœminis reperiatur. Lips. Pol. l. 2. c. 3.

M 3

IX. Vir-



*IX. Virtus heroica non cadit in pueros.*

Non loquimur de *indole heroicā*, quæ mature se prodit, & radios excellentiæ de se spargit; sed de *perfecta virtute heroicā*, quæ in hac æstatulâ tantum est dī ēlām'da.

*X. Virtus heroica non cadit in malos.*

Valet non de *heroibus abusivè dictis*, qui ad opinionem vulgi tales æstimator; sed de *propriè acceptis*, qui tanquam semidei habentur.

*XI. Heroum filii noxæ. 4. Polit. II.*  
Non tamen proverbium hoc semper ubique est veriverbum; sed ut plurimum contingit, ut magnorum vitorum filii degenerent, præsertim quando accurata educatio in pueritiâ negligitur. Eugen. Wolgemuth von Löbingen tract. Germ. Helden Kinder Drey.

*XII. Vitium virtuti heroicæ in excessu oppositum est feritas. 7. Ethic. Nic. I.*

Dici-


Dicitur vitium hoc feritas non ratione subjecti, quasi feris aut beluis competat; sed ratione assimilationis, quatenus hominem ratione qualitatem infra humanam conditionem deprimit, ipsumque nocentissimis bestiis in vitâ similem reddit.

*XIII. Feritas pejor est vitio communi.*

Verum est non de feritate naturali, quæ à naturâ & nativitate inest; neque de morbosâ, quæ ex morbo & humorum ac temperamenti depravatione oritur Arist. 7. Ethic. Nic. c. 6. sed de morali, quæ ex pravâ consuetudine atque proæressi proficiuntur.

*XIV. Feritas deterior est summa ignaviâ.*

Neque hîc nobis sermo est de feritate naturali & morbosâ; sed de moraliter.



## CAPUT XIV.

DE  
VIRTUTIBUS  
INTELLECTUA-  
LIBUS.

a. JOHANNE WILHELMO Klingi  
*Gieffa-Hasso.*

**V**irtutis moralis naturam exposui-  
mus, progredimur ad intellectua-  
lem, quam ita definimus :

**V**IRTUS INTELLECTUALIS est  
habitus animi, quō mens nostra, affir-  
mando vel negando, verum enunciat.  
6. Eth. Nic. 3. & l. 5. Eudem. c. 3.

Estque vel speculativa, vel practica.

**V**irtus intellectualis **S P E C U L A-**  
**T I V A** est, quā res necessarias, cogni-  
tionis gratiā, contemplamur.

Et hæc est vel intelligentia, vel sci-  
entia, aut sapientia.

INTEL-



INTELLIGENTIA est virtus speculativa, quâ scientiarum principia promptius investigamus. 6. Ethic. Nic. c. 6. & II. l. I. Mag. Mor. c. 33. l. 5. Eud. c. 6. & II. l. 1. Post. Anal. c. 26. & l. 2. c. 18. Exempla sunt *HOMINES ADULTI*, quibus promptitudo principiis naturalibus assentiendi competit.

SCIENTIA est virtus speculativa, quâ ex principiis certis & necessariis conclusiones rerum necessarias deducimus. 6. Ethic. Nic. c. 3. l. 5. Eudem. c. 3. & l. 1. Post. Anal. c. 2. & l. 2. c. 3. Exempla Scientium sunt *NOAH*, qui investigatione plantarum vini inventor creditur. Et *ABRAHAM*, qui studia Mathematica in magno habuit pretio.

SAPIENTIA est virtus speculativa, quâ rerum principia & conclusiones necessarias cognoscimus. 6. Ethic. Nic. 7. l. I. Magn. Mor. c. 33. & 5. Eud. c. 7. Ita *SALOMONIS* sapientia pro captu hominis mortalis perfectissima fuit, ipso Dei Spiritu teste I. Reg. III. II.

12. & cap. IV. 30. 21. Conf. Pined. lib. 3.  
cap. 10. de vit. & reb. Salomonis Regis.  
Et B. Le Bleu. Collega quondam post  
fata adhuc colendus Sceptogr. Salom.  
th. 24. sqq.

Virtus intellectualis PRACTICA  
est, quâ res contingentes, operationis  
causâ, tractamus.

Estque vel ars, vel prudentia.

A R S est virtus practica, rectâ ra-  
tione effectiva. 6. Eth. Nic. 4. l. i. Magn.  
Mor. c. 33. & l. 5. Eudem. c. 4. Inter insi-  
gnia artium & artificum opera reputan-  
tur DÆDALI statuæ fugitivæ. Plat.  
in Menon. Mobiles HOMERI tripo-  
des. Iliad. 6. Pictura APELLIS. Plin.  
lib. 35. c. 8. Typographia anno 1402. à  
Johanne GUTTENBERGIO in-  
venta, & an. 1458. à CONRAD O  
in Italiam delata, referente Polydoro Ver-  
gil. de rer. invent. lib. II. c. 7.

P R U D E N T I A est virtus practica  
cum rectâ ratione activa, circa ea, quæ  
homini sunt bona vel mala. 6. Ethic.  
Nic. c. 5. l. i. Magn. Mor. c. 33. & lib. 5.  
Eu.



Eudem.c.5. Exempla Prudentium virorum illustria sunt **T H E M I S T O C L E S**, quiceleriter, quæ opus erant, reperiebat, non minus in rebus agendis promptius, quam excogitandis.

Prudentia distinguitur in privatam & communem. 6. Eth. Nic. 8.

**P R I V A T A** (sive propria & monastica nonnullis dicta) est, quâ quis sibi ipsi recte consulit & prospicit, absque respectu eorum, quibuscum vivit. 6. Ethic. Nic. 8. & l.5 Eud. 8.

**C O M M U N I S** est, quâ quis aliis, quibuscum vivit, prodesse studet.

Et hæc est vel **Oeconomica**, vel **Politica**.

**O E C O N O M I C A** (seu domesticæ) prudentia est, quâ quis familiæ suæ bene consulit, & prospicit de bonis & utilibus: *Hac CATO MAJOR excelluit circa educationem liberorum, & reifamiliaris curam.*

**P O L I T I C A** (seu civilis in specie dicta est,) quâ quis Reipub. circumstetè consulit & prodest.

Estque



Estque vel legislatoria, vel senatoria, vel judiciaria.

LEGISLATORIA est, quæ salutares leges scribere & jus proponere solet: *Hoc prudentia nomine præ aliis laudantur LYCURGV S Lacedemoniorum, & MOSES filiorum Israëlitarum Legislator.*

SENATORIA est, quâ de futuris Reipubl. negotiis rectè deliberatur.

JUDICIARIA est, quâ in foro de factis præteritis justè & æquè judicatur.

### AXIOMATA.

I. *Habitus intellectuales verum vel falsum enunciant.*

Enunciant verum vel falsum (1.) non directivè & instrumentaliter, modum vera fallaque tractandi ostendendo; sed principaliter & realiter, rem ipsam enunciando. (2.) Non, quatenus practicorum habituum objecta

jecta in actum secundum erumpunt; sed quatenus præcepta de iisdem cognitioni nostra subjiciuntur. [ Hinc verum vel falsum quod est in cognitione, idem bonum vel malum est in operatione. Phil. 6. Ethic. Nic. c. 2. ]

II. Nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu. Arist. l. 3. de anim. cap. 8. & l. 2. post. anal. c. ult.

Loquitur axioma (1.) nonde notitia nobiscum vel concreata, vel connata, vel divinitus inspirata; sed de experimentali, acquisita, actuali, & disciplinari. (2.) Neque de eo, quod in sensu saltem est directe, per se & immediate, ut sensuum externorum scil. visus vel auditus objecta, quæ per hos sensus intellectui ad cogitandum proponuntur; sed & indirecte, per aliud ac mediatè, idque vel per partes suas, vel per effectum, vel per simile, vel per oppositum,

situm, vel per fundamentum, vel per alium ejusmodi modum. Conf. Domini Præceptores mei B. *Hülfemann.* anim. in Bell. tom. I. contr. l. I. de verb. Dei c. I. th. 18. D. *Calov.* Comm. in A. C. tom. 2. c. 2. de cogn. Dei natur. §. 62. *Ejusd.* Syst. LL. Th. tom. 2. l. I. c. I. f. 2. p. 85. B. *Kesler.* exam. phys. Phot. f. 2. princ. 6. B. *Spert.* Anthr. l. I. c. 3. q. 9.

*III. Intellectus intelligendo fit omnia. Arist. 3. de anim. c. 4. & 5.*

Non essentialiter atque subjectivè, quasi intellectus in naturam rerū transmutetur; sed idealiter & repræsentati-  
vè, quatenus species intelligibiles re-  
rum vel objectorum in sele recipit.  
[Quâ in re imitatur speculum: quem-  
admodùm enim hoc fit omnia per si-  
militudinem & repræsentationem, ita  
intellectus per imagines rerum.] *Sca-*  
*lig. exerc. 307. sect. 6.*

*IV. Intellectus est instar nuda  
tabula, cui nihil inscriptum est. Arist.  
l. 2. de anim. c. 4.*

Proce-

Procedit non de habituali notione, vel de notitiâ insitâ & connatâ, quæ per modum habitûs impressi homini inest, de quâ testatur Gentium Doctor Rom. II. 15. eam cordibus nostris inscriptam esse; sed de notione actuali, vel notitiâ acquisitâ, vel acquirendâ, eâque perfectiore, quantum ad speciem expressam, & ideam mente conceptam. D. Calov. l.c. in A.C. §. 75. Et tom. 2. syst. p. 84. & 96. B. Sperling. diss. de princ. nobiscum natis c. 4. Ejusd. Inst. phys. l. 9. c. 2. q. 2.

#### V. Dantur principia nobiscum connata.

Verum est (1.) non de principiis, quæ versantur circa objectum supernaturale sive spirituale, qualia in homine post lapsum nulla supersunt; sed de iis, quorum objectum est naturale, morale, seu civile. (2.) Non de principiis tantum speculativis, quæ circa res maximè necessarias versantur; sed & de practicis, quæ notitias honesto-



nestorum & turpium ~~Algenetikas~~ involvunt, de quibus Paulus loc.cit.(3.) Non de *actu secundo*, ~~χειρας~~ ex exercitio horum principiorum *recto*, quod vel per deficientem rationis usum, vel per affectuum pravorum prædominiūm, vel per effectuum malitiosorum interventum &c. in multis impediri & ab ipsis auferri potest; sed de *actu primo* eorundemq; ~~υληστ~~. B.D.Feuverborn. Anti-Ostor. disp.2. th.17. sq. D. Calou, in A.C.l.c. §. 58. sqq. Et Syst.l.c.q.1.2. & 3. D. Joh. Meisner. trig. dispp. de Theol. nat. B. Mich. Walther. trig. dispp. de Not.nat. B. Sperling diss. laudata. Ejusdemque Anthr. l.c.8 q.8.

*VI. Principia* sunt ea, quæ à nomine sanæ mentis in dubium vocantur.

Valet non de *principiis particularibus* & ortis, de quibus haud raro dubitatio oritur; sed de *universalibus* & *primis*, in respectatis, quæ nunquam dubia videntur. Eifler. de hab. Intell. tract. proœm. c.2. §. 12.

VII. Sci-

VII. Scire est rem per causam cognoscere.

Pura scientiam non secundariam, quæ est cognitio rei à posteriori per effectum proximum; sed primariam, quæ est cognitio rei à priori, per causam, & quidem proximam & immediatam.

VIII. Scientia est rerum aeternarum. 6. Eth. Nic. c. 3. & l. s. Eudem. c. 3.

Intellectus volumus non res ipsas in se, ratione existentiae seu essentiae propriè spectatas, quæ in tempore demum de novo fuerunt à Deo producētæ; sed propositiones, atque terminorum de rebus necessariis connexiones, quæ sunt perpetuæ veritatis & certitudinis.

IX. Sapientia est habitus compositus.

Compositus audit non formaliter & ratione sui, quatenus est habitus à cæteris distinctus, quo sensu simplex est; sed virtualiter & ratione alterius,



terius , quatenus intelligentiam & scientiam involvit. l.6. Eth. Nic. c. 7, & l.1. Magn. Mor. c.33. & l.5. Eudem. c. 7.

*X. Sapientia est, scire omnia. I. Metaph. c.2. & lib.6. Ethic. Nic. c.7.*

Verum est non de sapientia secundâ, de quâ Arist. l. 4. Met. c. 3. sed de primâ, de quâs. Met. c. 1. quæ omnia scit in universalis, tradendo universalia & communia rerum prædicata.

*XI. Ars est erroris nescia.*

Ars non in concreto subjectivè & ratione inherentie sumpta , prout datur in artifice , qui ob caliginem mentis & malitiam voluntatis , sæpè fallit falliturque ; quatenus scil. artem suam aut minus rectè intelligit , aut eandem male adhibet ; sed in abstracto , secundum se & ratione essentiae suæ considerata , quareuuus in iis , quæ ei sunt subiecta , veritatem habet perpetuam .

*XII. Omnis virtus moralis est prudentia. 6. Ethic. Ni. c.13.*

Verum

Verum est hoc Socratis effatum,  
 quat. prudentia spectatur non ratione  
*essentiae & quidditatis*; [quo sensu  
 prudentia est distincta à virtute mora-  
 li virtus ( $\alpha$ ) respectu *subjecti*: virtus  
 enim moralis principaliter est in vo-  
 luntate, & certo modo etiam in appe-  
 titu sensitivo: prudentia vero, etsi ad  
 voluntatem regendo eam, extenditur,  
 ipsi tamen intellectui inest, eumque  
 accidentaliter & qualificativè perfi-  
 cit. ( $\beta$ ) respectu *objecti formaliter* con-  
 siderati: quælibet enim virtus mora-  
 lis peculiare habet objectum; pru-  
 dentia vero circa omnia virtutum mora-  
 lium objecta, tanquam agibilia ve-  
 ra occupatur, circumstantias ponde-  
 rando, & media ad agendum circum-  
 spiciendo. ( $\gamma$ ) respectu *modi agendi*:  
 nam virtutis moralis est, expetere &  
 amplecti, quæ honesta sunt; at nosse,  
 quid in hac aut illâ re facto opus sit, ut  
 honestè vivatur, officium est pruden-  
 tiæ:] Sed partim ratione *dependentia*  
 & *acquisitionis*, eò quod ad omnem  
 virtu-



virtutem moralem comparandam sit necessaria; partim ratione *coherentie & connexionis*, quatenus intimè cum eâdem est complicata; partim ratione *objecti materialis*, quatenus circa morale, agibile scil. bonum versatur.

*XIII. Vir prudens prudentis requirit consilium.*

Non tam in *causis alienis*, in quibus interdum plus satis sumus perspicatores; sed maximè in *propriis*, ubi mens nostra affectibus *excœcata* facile à recto rationis usu aberrare potest.

*XIV. Tarditas prudentem virum commendat.*

Loquimur (1.) non de cunctatione nimiâ, quæ vitiosa habetur, omnemq; prætermittit occasionem; sed de necessariâ, quâ occasio patienter exspectatur *Ern. Gockel. de Eur. Reg. c. i. de contr. n. 157.* (2.) Non de consiliis viri prudentis executione, quæ post ipsam cōsultationem est urgenda; sed de ipsâ *consul-*



consultatione, instituta eo tempore, quo  
de utilibus deliberare, mora tutò per-  
mittit.



## C A P V T X V .

De

## A M I C I T I A .

R. GEORGIO PHILIPPO Gerssi  
Erda-Hasso.

**H**Ac tenus C. D. doctrinam de vir-  
tutibus absolvimus. Nunc *Ami-  
citiam*, suavissimum virtutum comitem  
subnectemus, quam ita definimus:

A M I C I T I A est mutua, manifesta,  
atque efficax benevolentia, inter quos-  
dā ex amabili bono orta. 8. Eth. Nic. 2.  
*Exempla sunt PYLADES & ORE-  
STES*, qui, cùm ad aram fisterentur,  
ut unus ex iis Diana Taurica immolare-  
tur,



tur certarunt, uter pro altero moriretur.  
*Cic. lib. 2. de finib. & lib. de Amic.* Similiter DAVID & JONATHAN, quorum ille hujus amorem, quo flagravit, mulierum amore suaviorem judicavit, *H. Sam. I. 26.* Hic verò amorem, quo propendebat in Davidem, paterna gratia pretulit. *I. Sam. XVIII. 1.* & c. XX. 30.

Amicitia est vel naturalis, vel civilis, vel in specie moralis.

NATURALIS est, quæ ex naturali hominum ad se invicem inclinatione, coniunctione & sanguinis propinquitate oritur: Talis amicitia est Patrius erga filium e.g. DAVIDIS erga Absolonem, *II. Sam. XVIII. 5.* Fratris erga fratrem, e.g. ESAVI erga Jacobum, *Gen. XXXII. 4.* RUTH erga socrum Naemi, *Ruth I. 16. & 17.* Vxoris erga Maritum, e.g. MONICÆ Augustini Matri erga virum.

CIVILIS est, quæ ex societate civili & contractibus, aliisque actionibus politicis proficietur: Hanc ABRAHAM coluit cum Aegyptiis, *Gen.*

*Gen. XII. ISAAC cum Philisteis,*  
*Gen. XXVI. & HIRAM cum Davide,*  
*I. Reg. V. 5.*

M O R A L I S est, quæ ex morum integritate & mutuâ animorum conserfione atque benevolentia originem ducit: De quâ ab initio nobis sermo fuit.

Porrò amicitia est vel honesta, vel jucunda, vel utilis. 3. Ethic. Nic. c. 3. &c l. 7. Eud. c. 3.

H O N E S T A est, quæ ex solâ honestate & virtutis amore nascitur: *Hac in virtuosis & probis cernitur, qualiter coluerunt HERCVLES & THESEVS, quorum hic illius virtutem semper imitatus.* Plut. in Thes.

J U C U N D A est, quæ voluptatis causâ contrahitur: *Hac adolescentibus & juvenibus imprimis familiaris, ad quam refertur amicitia?* ACOBUS & RACHAELIS, Gen. XXIX. 18.

U T I L I S est, quæ commodi gratiâ initur: *Hec in senibus & Mercatoribus potissimum deprehenditur, qualis vide-*

tur



tur fuisse amicitia SALOMONIS,  
quam cum Rege HIRAM coluit, à quo  
multa necessaria petendo accepit, 1. Reg  
V. 12.

Denique amicitia est vel æqualis.  
vel inæqualis, 8. Eth. Nic. c. 6. & 7.

Amicitia ÆQVALIS est, quâ duo  
vel plures dignitate, moribus, ætate,  
aut aliâ vitæ conditione æquales, mu-  
tuò se amore prosequuntur. Qualis  
amicitia sapius est inter fratres v.g. inter  
JOSEPHVM & RUBEN, Gen.  
XXXVII. 21. 22. Inter commilitones e.g.  
inter NAZIANZENVM & BA-  
SILIVM, Athenis sub iisdem Prae-  
ceptoribus educatos, religione & eruditione  
conjunctissimos. Et non raro inter col-  
legas, qualis fuit inter CICERONEM  
& POMPONIVM ATTICVM,  
unde Atticus Ciceronis est appellatus.  
Corn. Nep in Attic.

In INAEQUALIS amicitia est, quâ  
plures bonis externis, dignitate, virtu-  
te, vel aliâ ratione inter se differentes,  
amore conjunguntur: Talis intercedit  
inter

inter patrem & filium, senem & juve-  
nem, maritum & uxorem, Magistratum  
& subditum, modestum & magnanimum,  
mediocriter doctum & insigniter doctum:  
ad quam etiam spectat amicitia, que  
fuit inter EPAMINONDAM &  
PELOPIDAM, quorum hic in pa-  
lastris & venationibus, ille in philoso-  
phando operam navavit, per totam ta-  
men vitam integra constitit eorum ami-  
citia. Similiter inter MARCVM  
ANTONINV M, cognomento PHI-  
LOSOPHVM ejusdemque CON-  
DISCIPVLOS, quorum ille, cum  
factus esset Imperator, condiscipulos suos  
olim retinuit amicos, eosque honoribus  
& divitiis auxit.

### AXIOMATA.

I. Amicitia in utrâque fortunâ est  
necessaria. Arist. 8. Eth. Nic. c. i. &  
l. 9. c. ii & Cic. in Lel.

Necessaria est homini amicitia non  
necessitate absolutâ, fatali & inevitabili,

N quo



quò inclinare videtur Plato in Lyfide; sed *expedientia & conditionali*, quatenus extra amicitiam tam in prosperâ fortunâ, propter recreationem & virtutis exercitium, quam in adversâ, ob utilitatem, auxilium & solatium commodè vivere haud possumus.

*II. Amicitia oritur ex similitudine. Plat. in Lys. Arist. 8. Eth. Nic. c. 6. & 8. l. 2. M. Mor. c. 12. & l. 7. Eud. c. 11. Cic. in Læt.*

Sermo nobis est (1.) non de *amicitia utili & imperfectâ*, quæ ex dissimilitudine in maximè contrariis propter commodum nascitur, 2. Magn. Mot. 32. sed de *honestâ & perfectâ*, quæ per virtutem conciliatur. (2.) Non de similitudine tantum *Arithmetica*, quæ in dignitatum, munerum, divitarum, vel ætatum &c. æqualitate consistit; sed & de *Geometrica*, quâ inæqualitas dignitatum &c. compensatur æqualitate officiorum, sâ ratione, ut illud cuique tribuatur, quod pro dignitate, quoad



quoad fieri potest, ei debetur, 8. Eth.  
Nic. c. 7. l. 13. 14.

*III. Inter inaequales vera etiam dari potest amicitia. 8. Eth. Nic. 7.*

Valet non de inaequalitate nimia & extremâ, imprimis perversorum morum, candoris & virtutis, quæ veram evertit amicitiam; sed de qualicunque & exigua, videlicet fortunâ, præeminētia & dignitatis, quæ cum perfectâ amicitiâ consistere potest. [Non enim, quemadmodum, Phil. Melancht. Phil. Mor. de amic. p. 223. piè monet, fastidiendi sunt amici velut inferiores, sed complectendi tanquam pares, & amicitiâ nostrâ digni. Et paulò post: Hæc, ait, sententia plurimum habet humanitatis, & in vita admodum utilis est, alit enim amicitias vel maximè honorifica de amicis opinio, contemptus dissolvit.]

*IV. Sola amicitia honesta vera est & perfecta. 8 Eth. Nic. 3. l. 2. Magn. Mor. c. 12. & l. 7. Eudem. cap. 3.*

Non iucunda vel utilis, quamamatur

N. 2

ami-



amicus non sui ipsius gratiā, verūm voluptatis, vel utilitatis ergo; sed honesta, quā vir bonus bene cupit amico, sui ipsius amore (quia est tanquam alter ipse, *Plato in symposio*, & *Arist. l.9. Eth. Nic. 4. & l.2. M. Mor. 18.*) seu virtutis studio, *8. Eth. Nic. c 3. & 4. & l.7. Eud. c. 4.*

*V. Amico nil pretiosius ducendum. Ios. Mar. Maravigl. leg. hon. vit. 33.*

Verum est non de amico fallaci, culinario & canino; sed de vero, candido & prudenti, quo nihil in genere bonorum externorum civilium pretiosius aestimandum. *Phil. 9. Ethic. Nic. 9.*

*VI. Gratificandum amicis usque ad aras. Pericl. ap. Gell. l. 1. N. A. c. 3.*

Non in iis, quæ nobis impossibilia, & honestati pietatiq; adversantur; sed in his, quæ nobis possibilia, & pietati, virtuti & honestati consona, sicut egregie monet *Plato in symposio* sive de amore. [ *Bernhardus ep. 7. Valde, inquit, per vera*

versum est , profiteri te obedientem , in quo nosceris , superiorem propter inferiorem , i.e. divinam propter humanaam salvare obedientiam . Quid enim ? Quod jubet homo , prohibet Deus : ego audiam hominem , surdus Deo ? non sic Apostoli dicentes : Melius est obedire Deo , quam hominibus . Unde Pericles , amico pententi ab ipso falsum testimonium , respondit : *Debet me gratificari amicis , sed usque ad aras , l.c. Dilherr. tom. 2. disp. Acad. 18. de consc. §. 14. }*

*VII. Amicorum omnia sunt communia. Plat. in Lysid. l. 5. de Republ. dial. 5. de leg. Arist. l. 8. Eth. Nic. 9. & l. 7. Eudem. c. 4.*

Communia omnia dicuntur (1.) non ubique realiter , quasi amicus se suaque attributa quoad esse substantiae communicaret amico ; sed affectivè & intentione , quā ratione amicus amici fata affectu tantum sibi appropriat . (2.) Neque semper possessione , quasi meum sit etiam statim tuum ; sed usur-

N 3 patio-

791

*patione*, ita tamen, ut virtutis ratio etiam habeatur, quæ vix patitur, ut vel contra voluntatem amici, vel in ipsius dedecus seu damnum quicquam meliamur.

*VIII. Amicitia constans & perpetua est.* 7. *Eudem. 4.*

*Amicitia scil. non jucunda & utilis,* qualem facile dissolvit quævis ingrata aëris tempestas; sed *vera & honesta,* quam conciliavit virtus, 2. M. Mor. 12. *stabilis & firma esse dicitur,* in quantum amicus honestati addictus rariùs in pravitatem insanabilem incidit.

*IX. Licet aliquando amicitiam renunciare.*

*Non tamen facile, neque levibus de causis;* sed ubi mentem amici ex certis quibusdam signis planè à nobis alienatam perspeximus, hoc in casu vir bonus alicui renunciare amicitiam potest.

*X. Moribus amici in pejus mutatis, expirat amicitia.*

Per

Per mores autem in pejus mutatos, intelligimus non nævos, quos ferre nos oportet; sed scelera & flagitia, & quidem talia, per quæ alter amicorum prorsus incurabilis & desperatè improbus evadit.

XI. Amicitia inter pocula potest contrahi.

Sermo nobis est (1.) non de amicitia jucundâ & madidâ; sed de verâ & honestâ. (2.) Non de poculis insanis; sed hilaritatis. (3.) Neque de viris incognitis, qui moribus non sunt probati; sed de probis & honestis, qui ante fuerunt cogniti, & moribus virtuteq; spectati.

XII. Amicitia inter pocula contracta firma esse potest.

Procedit iterum non (1.) de amicitia jucundâ & cerevisiariâ, inter pocula, per pocula, & ob pocula contractâ, à quâ dicuntur fratres madidi die Sauff-brüder; sed de sincerâ & perfectâ. (2.)

N 4

Non



Non de poculo ebriositatis; sed honesta recreationis. (3.) Non de viris ignotis, sed de notis, virtute probatis & conspicuis.

XIII. Amicitia inter absentes potest contrahi, & contracta conservari. 8. Eth. Nic. 5.

Valet (1.) non de amicitia jucundâ, quæ ex præsenti voluptatem æstimat; nec simpliciter de utili, quæ aliquando inter absentes cessat; sed de verâ cum primis & honestâ. (2.) Non de absensibus plane ignotis, qui vix possunt haberi amici; sed de notis ad minimum quoad famam & existimationem honestam. (3.) Non de affectu animi tantum interno, quo amici locorum intervallis disjuncti se invicem mutuâ benevolentia complectuntur; sed & de actu ejusdem externo, quo amici affectum istum benevolum aliquo officiorum genere sibi invicem præsentem si stere gestiunt.

XIV. Amicitia non nisi inter pau-

cos

coesse potest. 9. Eth. Nic. 10. l. 7. Eu-  
dem. 4.

Loquimur (1.) non de amicitia vulga-  
ri, quâ omnes salutamus amicos, qui-  
bus bene cupimus, & qui ad minimum  
pro opinione nostrâ nobis videntur  
favere, Syr. c. vi. 6. sqq. sed de intimiori,  
& honestâ, quæ bonorum propria est.  
(2.) Non de imperfectâ & simulata,  
quâ sub specie amicitiae summa sàpiùs  
regitur inimicitia, Psal. LXII. 5. Prov.  
XXVI. 18. 19. Syr. XXVII. 25. 26. quo-  
rum amicorum exemplis plenus est  
mundus, judice Thummio in expl. Dec.  
præc. 5. p. 337. sed de perfectâ & verâ,  
quâ vir bonus virtute tantum ornatos  
sibi amicos eligit. 8. Ethic. Nic. 3.

XV. Amicitia rebus adversis ma-  
xime probatur.

Verum est non de amicitia subdolâ,  
hypocriticâ & adulatoriâ, quæ pessi-  
mum veri affectûs venenum. Nic.  
Reisn. Eth. Phil. & Christ. c. 30. sed de  
verâ, sincerâ & germanâ, quâ amicus

N s certus



certus & fidelis in re incertâ facile à  
blando internoscitur, & imprimis for-  
tunâ adversâ probatur, Pro v. XVII. 17.  
Syr. VI. 7. c. XII. 8. 9.

*XVI. Amicus corrigit amicum er-  
rantem.*

Valet (1.) non de amico ollari &  
fucato ; sed de fido & ingenuo. (2.) Non  
de correctione virulentâ aut turbulentâ;  
sed de moderatâ, tempestivâ & sedataâ,  
quæ etsi ad tempus haud vide-  
tur grata, est tamen fructuosa , & o-  
ptimum ad animi sanitatem tuendam  
medicamentum , ut eleganter pro-  
nunciat Fr. Bac. de Verul. serm. fid. 27.

*XVII. Amicitia querelis, crimi-  
nationibus & calumnias vacat. 8. E-  
thic. Nic. cap. 4. 6. & 13-*

Procedit non de amicitia imperfectâ,  
quæ varias querelas ac calumnias ad-  
mittit; sed de perfectâ , quæ solam re-  
spicit virtutem, ob quam amici invicem  
beneficiis & officiis certant, offendio-  
nes autem abominantur. Arist. l. c. c. 3.

*XVIII.*

XVIII. Amici, salvā amicitiā,  
opinionibus inter se dissentire pos-  
sunt.

Quā sermo nobis est de amicitiā  
undiquaque perfecta , procedit. (1.)  
non de rebus spiritualibus, concernen-  
tibus fundamentum fidei ; sed de ci-  
vilibus vel temporalibus. (2.) Non de  
rebus practicis, pertinentibus ad virtū-  
tem & honestatem , ne amicitia cum  
malorum conſpirationibus misceatur;  
sed de theoreticis & merè ſpeculativis,  
quarum merus diſſentius neūiquam  
ſolvit amicitiam.

XIX. Amici ſunt fures tem-  
pis.

Intelligendi ſunt non amici veri,  
ſapientes & virtuosi , qui honestiſſi-  
mā converſatione magno ſcenore  
tempus compensant; ſed parati, & co-  
mici , qui rebus ſtultis tempus fallunt,  
atque culinam quadrasque opiparas  
ſectantur.

XX. Ami-



*XX. Amicitiae nihil pestilentius accidit, quam diffidentia.*

Procedit non de diffidentia prudenti, quâ, secundum Euripidem, nil est melius, nil utilius mortalibus; sed de intempestivâ, quæ amicitiam veram, ubi ubi invenit, protinus enecat. [Unde eleganter Seneca ep. 3. *Diu cogita, inquit, an tibi in amicitiam aliquis sit recipiendus?* Cum placuerit fieri, toto illum pectore admitte, tam audacter cum illo loquere, quam tecum. *Cum amico omnes curas tuas & cogitationes misce, fidem si putaveris, facies.*

*XXI. Recanciliatio ne fidas amico, Syr.c.XII.10.sqq.*

Valet, quatenus inimicitiae error non fuit levis, nullâq; culpâ nostrâ contractus; sed gravis, & malitia inimici manifesta, immedicabilis & cum pertinaciâ conjuncta. [Alias nos illud Socratis monitum magnificimus, qui suadet, non solum amicis benefacendum, sed & hoc agendum sedulò, ut ex inimi-

*inimicis vel hostibus faciamus amicos.]*

Atque sic GRATIA DEI exercitationes Ethicas tertiam vice disputando ad optatum perduximus finem. Faxit DEUS T. O. M. virtutes hactenus explicatas factis exprimamus, totamque vitam nostram erga nosmetipos & alios ita instituamus, ut omnia cogitata, dicta & facta nostra vergant in Nominis Divini gloriam, & Juventutis Scholasticæ emolumen-tum! Cui pro viribus concessis, in-columitate & gratiam sit honor, laus & benedictio in æternum.

F I N I S.



*I N D E X*  
**C A P I T U M.**

**P R O O E M I U M.**

De constitutione Ethicæ pag. i

**P A R S P R I M A.**

*De*

**E U D Æ M O N O L O G I A.**

CAP. I. De Summi Boni naturâ 12

II. De immediatis S. Boni effectibus, ejusdemque bonis concomitantibus 33

**P A R S S E C V N D A.**

*DE*

**A R E T O L O G I A.**

**S E C T I O I .**

**D E V I R T U T E I N G E N E R E.**

CAP. I. De Virtute morali 44

II. De Actionum humana-  
rum principiis 65

III. De Affectibus 88

**S E C T I O**



## SECTIO II.

### DE VIRTUTIBUS IN SPECIE.

CAP. I. De Fortitudine	107
II. De Temperantiâ	125
III. De Liberalitate	145
IV. De Magnificentia	160
V. De Magnanimitate	166
VI. De Modestia	180
VII. De Mansuetudine	187
VIII. De Humanitate	197
IX. De Urbanitate	205
X. De Veracitate	213
XI. De Justitiâ & jure	226
XII. De Semivirtutibus	250
XIII. De Virtute heroicâ	258
XIV. De Virtutibus intellectua- libus	272
XV. De Amicitia	285

NOMI-



NOMINA

DNN. RESPONDENTIVM  
prima editionis.

- I. Dn. Joannes Conradus Eckhardus,  
S. Goarinus Rhen. Pastor olim  
Ecclesiæ Treburiensis & Defini-  
tor, nunc placidè mortuus, *de  
Constitutione Ethicæ.*
- II. Dn. Nicolaus Dassovius, Ham-  
burgensis, Phil. Mag. jam SS.  
Theol. & Min. Cand. *de Natura  
Summi Boni.*
- III. Dn. Wolfgang Adamus Jung-  
curtius, Wertha-Buchonius,  
jam Phil. M. & Pastor propè Sili-  
ciam, *de immediatis S. Boni effe-  
ctibus, ejusdemque bonis concorri-  
tantibus.*
- IV. Dn. Elias Apffel, Salzunga-  
Thuringus, *de Virtute morali in  
genere.*
- V. Dn. Christophorus Saar/Mœno-  
Francofurtensis, piè defunctus,  
*de Actionum humanarum princi-  
pis.*

VI. Dn.

- VI. Dn. Johannes Tobias Plaustrarius,  
Darmstato-Rhenanus, Consul quondam Oppenheimensis,  
b.m. *de Affectibus.*
- VII. Dn. Wilhelmus Rühn / Weissenburgo-Alsatus, jam J.U.D.  
*de Fortitudine.*
- VIII. Dn. Johannes Christophorus  
Prætorius, Gieß. Phil. Mag. &  
Eccles. Eichenloëensis quondam  
Pastor, b.m. *de Temperantia.*
- IX. Dn. Johannes Petrus Stübnerus,  
Darmst. Rhen. Phil. Mag. & an-  
tehâc Diaconus Pfungstadinus,  
b.m. *de Liberalitate & Magnifi-  
centia.*
- X. Dn. Johannes Sebastianus Lautzius,  
Darmst. jam Phil. Mag. & pastor  
Aurbacensis, *de Magnanimitate*  
*& Modestia.*
- XI. Dn. Johannes Post / Hamburg.  
Phil. Mag. beatè m. *de Mansuetu-*  
*dine & Humanitate.*
- XII. Dn. Petrus Hessel / Hamburg. ha-  
etenus Phil. Mag. & Ecclesiastes  
Hamburgens. jam piè defunctus  
*de Urbanitate & Veracitate.*

XIII. Dn. Johannes Philippus Matthes / S. Goat. Rhenanus, de *Justitia & Iure.*

XIV. Dn. Wilhelmas Bernhardus Schmoll / dictus Eysenwerth, jam Advocatus Dicasterii Giesensis Ordinarius, de *Virtute Heroica & Semivirtutibus.*

XV. Dn. Johannes Stephanus Pütter / Iserlohnensis Westphalus, de *Virtutibus Intellectualibus.*

XVI. Dn. Jokannes Petrus Horn / Steinbacō Hassus, Rector antehac Niddanus, jam Pastor Wallernhusanus, de *Amicitia.*



No Mi-

NOMINA  
DNN. RESPONDENTIVM  
secundæ editionis.

- I. Dn. Johannes Reinhardus Lœv<sup>x</sup> /  
Darmstato-Rhenanus, Pastor  
Niederambstattinus, jam piè de-  
functus, *de Constitutione Ethica.*
- II. Dn. Johan. Christophorus Franc<sup>x</sup> /  
Giessa-Hassus, hodiè Phil. Mag.  
& Gymnasii Corbac. Rector, *de*  
*Summi Boni naturâ.*
- III. Dn. Johannes Christophorus  
Gabel / Trarbaço-Mosellanus,  
antehac Pastor Bellensis, nunc  
piè demortuus, *de immediatis S.*  
*B. effectibus, ejusdemque bonis con-*  
*comitancibus.*
- IV. Dn. Georgius Brosserius, Augusta-  
Vindelicus, hodie Phil. Mag. &  
Gymnasii in patriâ Præceptor,  
*de Virtute morali in genere.*
- V. Dn. Philippus Burckhardus Ries<sup>x</sup> /  
Fridberga-Wetteravus, in pa-  
triâ Advocatus, *de Actionum hu-*  
*manarum principiis.*
- VI. Dn. Daniel (Jon<sup>x</sup>) Hagelberg /  
West-

- Westmanniâ-Suecâ, Phil. Mag.  
& hactenus Illustrissimo Dno.  
Soop à Concionibus sacris, nunc  
beatè mortuus, de *Affectibus*.
- VII. Dn. Christophorus Fridericus  
Pertsch Barutho-Franc. Phil. M.  
de *Fortitudine & Temperantia*.
- VIII. Dn. Johannes Liphardus, Livon.  
& Hæreditarius in Wallâ, de *Li-  
beralitate, Magnificentia, Magna-  
nimitate & Modestia*.
- IX. Dn. Ludovicus Conradus Jacobi,  
Giessens. jam Med. Doct. de  
*Mansuetudine, Humanitate, Ur-  
banitate & Veracitate*.
- X. Dn. Johannes Nicolaus Bechstätt/  
Friedbergâ-Wetteravius, jam  
J.U.L. & Consiliarius Birckfel-  
densis, de *Justitia & Jure*.
- XI. Dn. Theodorus Dassovius, Ham-  
burgensis, nunc Phil. Mag. &  
Acad. Witteb. Ling. Oriët. Prof.  
de *Semivirtutibus, Virtute Heroi-  
câ & Virtutibus intellectualibus*.
- XII. Dn. Johannes Christophorus  
Schmidt, Gies. Jur. Cand. &  
Adv. Weilburg. de *Amicitia*.

## ERRATA.

Part. 2. sect. 1. c. 1. ax. 8. pag. 52. lin. 10. sqq.  
lege : (2.) Non de temperamento naturalē  
& justē disposito, quale in sanis reperitur cor-  
poribus ; sed de pravo & vitioso, quod sāpiūs  
necessariō secum trahit mores hominum.  
Cætera si qua occurrunt, Lector Benevolus  
pro suā dexteritate corrigit.

A T A S C A L  
pproximatis, ut quaeque etiam  
naturam suam habent, non  
est invenire nisi per ratiocinationem  
et experimentum, quod est  
ad hanc operis speciem pertinere.  
Nam enim in aliis operibus  
est manifestum, quod natura  
est invenire, sed in hoc  
operi non potest esse invenire,  
quia non potest esse ratione  
invenire, ut in aliis operibus.















AB =  
40 <sup>32</sup>  
—  
A 9


X228D232

Fe 513 k



JOHANNIS WEJSEGENI  
ISENNACO-THURINGI,  
PHIL. PROF. ORDINARII GIESSENSIS,  
ET FAC. PHIL. SENIORIS,

COMPENDIUM  
E THICÆ  
MINUS  
E MAJORI



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

